This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 656985



THE GIFT OF

Prof. Evans Holbrook

878
C7Dn
57
1884
v.2

878
C7Dm
S7
1884

Joanna Alvin.
Wellesley College 1896

Cicero, Marcus Tullius

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM DISPUTATIONUM

AD M. BRUTUM LIBRI QUINQUE.

ERKLÄRT

VON

DR. GUSTAV TISCHER.

ZWEITES BÄNDCHEN.

BUCH III BIS V.

ACHTE AUFLAGE,

BESORGT VON

DR. GUSTAV SOROF,

DIREKTOR DES KÖNIGLICHEN GYMNASIUMS ZU CÖSLIN.

BERLIN,

WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG.

1887.

Smith's biographical dict.

Gift
Prof. Evans Holbrook
1-31-30

LIBER TERTIUS.

DE AEGRITUDINE LENIENDA.

Quidnam esse, Brute, causae putem cur, cum constemus ex 1
animo et corpore, corporis curandi tuendique causa quaesita sit 1
ars atque eius utilitas deorum immortalium inventioni consecrata,
animi autem medicina nec tam desiderata sit ante quam inventa,
nec tam culta postea quam cognita est, nec tam multis grata et
probata, pluribus etiam suspecta et invisa? An quod corporis
gravitatem et dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore
non sentimus? Ita fit ut animus de se ipse tum iudicet, cum id
ipsum, quo iudicatur, aegrotet. Quod si talis nos natura genuis- 2
set, ut eam ipsam intueri et perspicere eademque optima duce
cursum vitae conficere possemus, haud erat sane quod quisquam
rationem ac doctrinam requireret. Nunc parvulos nobis dedit

3. *eius utilitas — consecrata*, für: *ea propter utilitatem dis inventoribus tributa ideoque sacra habita.* Der Ausdruck ist auf den bekannten Sprachgebrauch zurückzuführen: *implorare alicuius auxilium*, jemanden um Hilfe anflehen, *increpare alcs perfidiam*, jemanden wegen Treulosigkeit schelten, u. a. Mit *consecrata* vgl. 11, 25: *turbantur*. Die *dei immortales* sind hier Apollo und sein Sohn Aesculap.

5. *tam multis*, näml. *quam corporis medicina; pluribus: quam grata et pr. est.*

6. Die mit *an* eingeleitete Frage drückt den Gedanken aus, welchen der Gefragte voraussichtlich zu behaupten geneigt ist, enthält also hier die auf die vorhergehende Frage vorausgesetzte Antwort = nicht wahr —?, oder in Form einer Behauptung: doch wohl, wie II. 18, 42: *an eadem breviter attingam?* *corporis gravitatem* = *membrorum gravitatem.* (de fin. IV. 12, 31); eigentlich der Zustand, wo einem die Glieder schwer sind, daher Unwohlsein überhaupt.

7. *animi morbum — aegrotet.* Genauer wäre: *de animi morbo, quoniam corpore non sentimus, ab aegrotandi animo ipso iudicatur.*

10. *ipsam* 'unmittelbar'.

11. *haud sane* 'nicht eben', dagegen 10, 22: *non sane* 'durchaus nicht'.

12. *rationem ac doctrinam* 'wissenschaftliche Belehrung, wie I. 1, 1: *ratio et disciplina*; 13, 30: *nulla ratione nullaque doctrina.*

Nunc 'nun aber, so aber', meist mit *autem* oder *vero*, wie gleich nachher u. IV. 24, 54, indem die Wirklichkeit der fingierten Nichtwirklichkeit entgegengesetzt wird.

parvulos — igniculos 'Fünkchen'; wie de fin. V. 7, 18: *sunt in animis quasi virtutum igniculi et semina.* Zu dem doppelten Deminutivum vgl.

igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravati sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem, simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate et in summa opinionum perversitate versamur, ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cum vero parentibus redditi, dein magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas et opinioni confir-
2 matae natura ipsa cedat. Accedunt etiam poëtae, qui cum magnam
3 speciem doctrinae sapientiaeque prae se tulerunt, audiuntur, leguntur, ediscuntur et inhaerescunt penitus in mentibus; cum vero eodem quasi maximus quidam magister populus accessit atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo, tum plane inficimur opinionum pravitate a naturaque desciscimus, ut nobis optime naturae vim vidisse videantur, qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil praestantius honoribus, imperiis, populari gloria iudicaverunt. Ad quam fertur optumus quisque, veramque illam honestatem expetens, quam unam natura maxime anquirit, in summa inanitate versatur consectaturque nullam

de deor. n. III. 17, 43: *aureola oratiuncula*; Acad. II. 44, 135: *aureolus libellus*; oben II. 18, 42.

2. *naturae lumen*, vgl. II. 24, 58.

3. *adulescere* 'sich entwickeln'.

4. *ipsa* 'schon allein', wie I. 21, 49.

5. *suscepti sumus. Suscipere* (= 13, 28 *tollere*) prägnant: 'ein neu gebornes Kind von der Erde aufnehmen und es dadurch als das seinige anerkennen'. Alte Sitte bei den Römern.

6. *versamur in* —: sich im Bereich od. auf dem Boden bewegen, dah. verstrickt sein in —.

8. *redditi*, näml. *a nutricibus*; *magistris*, den παιδαγωγοῖς, welche Sklaven waren.

9. *imbuimur* ('werden erfüllt') *erroribus*, vgl. V. 27, 78; I. 13, 30 u. 7, 14; *opinioni confirmatae* 'dem eingewurzelten Vorurteil'.

10. *poëtae*. Auch II. 11, 27 wird ihr Einfluſs getadelt.

11. *tulerunt* s. z. I. 11, 24: *posui*.

12. *et* vor *inhaerescunt* stellt dies Verbum den drei anderen als gemeinschaftliches Resultat (= *unde fit ut inhaerescant*) gegenüber. Vgl. zu IV. 7, 16: *et similia*.

14. *ad vitia* 'in Betracht der Fehler'; ähnlich ad Att. V. 18, 2: *exercitu — ad benivolentiam erga nos consentiente*.

16. *naturae vim vidisse*, vgl. I. 15, 35: *cernere naturae vim*.

17. *honoribus, imperiis*. So gegenübergestellt, sind *honores* od. *magistratus* hohe Civil-, *imperia* Militärämter.

18. *fertur*, d.i. bewuſst- u. widerstandslos, wie § 4 u. 11.

19. *expetens*, conc.: während doch. In demselben Sinne steht § 4 *cum — quaererent*.

20. *anquirit* 'aufsucht'; vgl. II. 10, 25; IV. 21, 47; V. 4, 10.

consectaturque. Die Verba *finita* zweier koordinierter Sätze treten gern durch *que* verbunden neben einander; vgl. I. 29, 71; *adhibuitque*; Brut. 4, 15 u. o.

nullam eminentem = *n. expres-*

eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata; ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellenti virtute, ea virtuti resonat tamquam imago. Quae quia recte factorum plerumque comes est, non est bonis viris repudianda. Illa autem, quae se eius imitatricem esse volt, temeraria 4 atque inconsiderata et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama popularis, simulatione honestatis formam eius pulchritudinemque corrumpit. Qua caecitate homines, cum quaedam etiam praeclara cuperent eaque nescirent nec ubi nec qualia essent, funditus alii everterunt suas civitates, alii ipsi occiderunt. Atque hi quidem optuma petentes non tam voluntate quam cursus errore falluntur. Quid? qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur, quorumque ita perturbantur animi, ut non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit omnibus, his nullane est adhibenda curatio? utrum quod minus noceant animi aegrotationes quam corporis, an quod corpora curari possint, animorum medicina nulla sit? At et morbi perniciosiores 3 5

sam effigiem virtutis cet. 'nicht ein deutlich sich abhebendes Ebenbild der Tugend, sondern nur ein (ungenaues) Schattenbild des (wahren) Ruhms'. Ähnlich p. Cael. 5, 12: *Habuit — maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum.*

2. *Est enim gloria* cet. Der Nachdruck liegt auf dem vorangestellten *est*: 'Denn in Wahrheit ist der Ruhm etwas Gediegenes und genau Ausgeprägtes (wie ein Werk der Plastik), nicht ein bloſser Schattenriſs'.

4. *imago* (mit und ohne *vocis*), der eigentl. lateinische Ausdruck für 'Echo'. Hor. Carm. I. 20, 6: *iocosa Vaticani montis imago.*

5. *comes*, vgl. I. 45, 109: *gloria — virtutem tamquam umbra sequitur.*

10. *eaque* 'aber'. Der Lateiner reiht nach einer Negation den Gegensatz oft nur einfach an; vgl. de or. I. 28, 126: *non patiebatur — dimittebatque*: sondern.

nesc. nec — nec, s. z. I. 23, 53: *numquam ne — quidem.*

12. *Atque hi quidem* fügt unter der Form einer näheren Charakterisierung der vorher genannten Klasse eine Beschränkung des Begriffes *caecitas* hinzu: jedoch. So auch IV. 31, 66: *Atque erat facile.* Zu *cursus errore* (irrtümliche Richtung) vgl. 5, 11: *mediocritatem officiorum.*

14. *feruntur*, wie 5, 11; s. z. § 3.

15. *quod — omnibus*, ein stoischer Gemeinplatz, welcher an einer unrichtigen Stelle steht, weil der vorhergehende Gegensatz das *non multum abesse ab insania* nur auf die zuletzt erwähnte Klasse der *insipientes* beziehen läſst. Indes ist Cic. in der Ausführung philosophischer Formeln nicht immer vorsichtig und wird öfters durch ein bloſses Wort dazu veranlaſst. — Über *contingit* s. z. V. 6, 15.

18. *et* vor *morbi*, particula pendens. Cicero wollte mit Bezug auf das vorangegangene *utrum — an* sagen: *et morbi — quam corporis, et medicina certior est morborum animi quam corporis*, fährt aber, nach der weitern Ausführung des ersten Punktes, anakoluthisch fort: *Qui vero* cet. Vgl. 26, 63: *et Aeschines*; IV. 35, 74: *et illud.*

pluresque sunt animi quam corporis. Hoc enim ipso odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, *animusque aeger*, ut ait Ennius, *semper errat, neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit.* Quibus duobus morbis, ut omittam alios, aegritudine et cupiditate, qui tandem possunt in corpore esse graviores? Qui vero probari potest, ut sibi mederi animus non possit, cum ipsam medicinam corporis animus invenerit, cumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora et natura valeat nec omnes, qui curari se passi sint, continuo etiam convalescant, animi autem, qui se sanari voluerint praeceptisque sapientium
6 paruerint, sine ulla dubitatione sanentur? Est profecto animi medicina, philosophia, cuius auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris, omnibusque opibus viribus, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Quamquam de universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio. De maxumis autem rebus nihil fere intermisimus postea nec disputare nec scribere. His autem libris exposita sunt ea, quae a nobis cum familiaribus nostris in

1. *Hoc enim ipso*, s. d. kr. Anh.

2. *animus — desinit.* Aus Ennius' Iphig. Aulid. Ribbeck vermutet:

Animus aeger sémper errat néque poti (= *potiri*) *neque pérpeti*
Pótis est ..... cúpere numquam désinit.

Aber *pati* bedeutet: ruhig hinnehmen, sich zufrieden geben (beim Eintritt des Übels), während *perpeti* eine Steigerung nach Grad und Dauer, also auch einen Gegensatz bezeichnet.

6. *probari ut*, wie *verisimile est ut* nur in einem negativen Satze gebräuchlich, ist vermöge einer Verwechselung der subjektiven und objektiven Folge verkürzt aus *probari ut credamus* mit Acc. c. Inf. Vgl. de fin. II. 33, 108: *Qui id probari potest, ut is — plus quam ego ipse gaudeat?* So auch *efficere* 'beweisen' und *tenere* mit *ut* 'an einer Ansicht festhalten'. V. 11, 34. S. auch z. I. 8, 16; 38, 91.

7. *ipsam medicinam corporis* 'sogar auch die Heilkunst für den Körper', welche doch wegen der Einwirkung anderer Einflüsse schwieriger und weniger erfolgreich ist als jene.

8. *valeat*, im Singular, im Anschlufs blofs an das letzte Subjekt, wie Acad. II. 35, 113: *et Peripatetici et vetus Academia concedit.*

13. *foris* 'von auswärts', wie de or. II. 40, 173: *Foris adsumuntur; omnibusque*, s. I. 29, 71 zu *adhibuitque.*

Das Asyndeton *opibus viribus* (vgl. I. 14, 31) bezeichnet eine nachdrückliche Hervorhebung des Begriffs, welcher der folgende Ausdruck *elaborandum* entspricht. Anders 11, 25.

14. *de universa philosophia*, s. II. 1, 4 zu *universam.*

15. *expetenda esset.* Über den Conj. Imperf. s. I. 1, 1 zu *pertineremt.*

16. *in Hortensio*, s. zu II. 2, 4. *De maxumis rebus*: Über die wichtigsten Kapitel oder Fragen = *locis.* Er meint besonders die *Academica* und die Bücher *de finibus bonorum et malorum.*

17. *intermisimus* 'aussetzen', verschieden von *omittere.*

Tusculano erant disputata. Sed quoniam duobus superioribus de morte et de dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. Ut enim in Academiam nostram descendimus inclinato iam in postmeridianum tempus die, poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Tum res acta sic est. 7

A. Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo. *M.* Num reliquae quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiae? Haec enim fere sunt eius modi, quae Graeci πάθη appellant: ego poteram *morbos*, et id verbum esset e verbo, sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri invidere, gestire laetari, haec omnia *morbos* Graeci appellant, motus animi rationi non obtemperantis; nos autem hos eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, *perturbationes* dixerimus, *morbos* autem non satis usitate, nisi quid aliud tibi videtur. *A.* Mihi vero isto modo. *M.* Haecine igitur cadere in sapientem putas? *A.* Prorsus existimo. *M.* Ne ista gloriosa sapientia non magno aestimanda est, si quidem non multum differt ab insania. *A.* Quid? tibi omnisne animi commotio videtur insania? *M.* Non mihi quidem soli, sed, id quod admirari saepe soleo, maioribus quoque nostris hoc ita visum intellego multis saeculis ante Socratem, a quo haec omnis, quae 4 8

3. *in Academiam — descendimus*, s. zu II. 3, 9.

5. *causam disserendi* 'ein Thema zum Disputieren', wie I. 12, 26; de or. II. 36, 153: *istorum omnium summatim causas .. gustavi.* Häufiger bezeichnet *causa* einen streitigen Rechtsfall, wie de or. I. 5, 16: *infinita causarum varietate.*

7. *formidines* cet. Ungenaue Aufzählung, wie unten 5, 11; die genauere Einteilung und Untereinteilung der *perturbationes* s. IV. 7, 16.

8. *haec enim.* Das Neutrum wie I. 24, 56 (nach *vitis* und *arbor*) gebraucht: diese Dinge.

9. *ego poteram morbos.* Vgl. de fin. III. 10, 35: (*perturbationes animorum*) *Graeci πάθη appellant, poteram ego verbum ipsum interpretans morbos appellare; sed non conveniret ad omnia.* Viel seltener ist ohne einen dabei stehenden Kondizionalsatz der Konj. von *posse*, wie I. 34, 84.

verbum e verbo 'Wort für Wort, wörtlich' = *ad verbum* 19, 44. Übrigens ist Cic. wieder im Irrtum, wie II. 15, 35 mit *πόνος* und *labor*; denn *πάθος* ist ein weiterer Begriff als *morbus* (*νόσος*).

consuetudinem, vollständiger 5, 10: *consu. sermonis*, u. 7, 14: *consu. loquendi.*

12. *obtemperantis* ist Acc. Plur.

14. *nisi — videtur* = II. 18, 42: *nisi quid vis ad haec.* Über *vero* s. z. I. 11, 25.

15. *haecine*, nicht *haeccine*, wie auch in den übrigen Formen dieses Pron. nur ein c zu schreiben ist.

16. *Ne*, s. z. I. 30, 74; *magno* bei *aestimare*, für *magni*, einigemal bei Cicero, z. B. de fin. III. 3, 11; *permagno*, in Verr. IV. 7, 13.

18. *insania*, etwa: 'Gestörtheit'.

20. *quae est de vita* (Umschreibung für 'Moralphilosophie'). Die Philosophen vor Sokrates beschäftigten sich hauptsächlich mit der Physik (Naturphilosophie); er be-

est de vita et de moribus, philosophia manavit. *A.* Quonam tandem modo? *M.* Quia nomen insaniae significat mentis aegrotationem et morbum [id est insanitatem et aegrotum animum, quam appel-
9 larunt insaniam. Omnis autem perturbationes animi morbos philosophi appellant negantque stultum quemquam his morbis vacare; qui autem in morbo sunt, sani non sunt, et omnium insipientium animi in morbo sunt: omnes insipientes igitur insaniunt]. Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant; his rebus mentem vacuam appellarunt *insaniam*, propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non posset.

Nec minus illud acute, quod animi adfectionem lumine mentis carentem nominaverunt *amentiam* eandemque *dementiam*. Ex quo intellegendum est eos, qui haec rebus nomina posuerunt, sensisse hoc idem, quod a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnis insipientis esse non sanos. Qui est enim animus in aliquo morbo — morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant —, non magis est sanus quam id corpus, quod in morbo est. Ita fit ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae est insania eademque dementia; multoque melius haec notata sunt verbis Latinis quam Graecis, quod aliis quoque multis locis reperietur.

gründete erst die Ethik. Vgl. V. 4, 10. — Zu *esse de* — von etwas handeln' vgl. I. 11, 24.

2. *nomen insaniae*, vgl. z. I. 15, 34: *mercedem gloriae.*

4. *perturbato* gehört auch zu *corpore.*

11. *acute* sc. *dictum est.*

animi — mentis. Animus ist hier in weiterem Sinne das Ganze, der Geist; *mens* einer der drei Teile desselben: das Denkvermögen; in seiner Anwendung heifst es *ratio.* Vgl. I. 10, 20.

12. *amentiam—dementiam.* Letztere ist das Abgekommensein vom gesunden Verstande, den einer früher besafs (gleichsam *de statu mentis deiectum esse* oder auch *mens de statu suo deiecta*), und äufsert sich aktiv durch unvernünftiges Handeln, wie bei dem Erzürnten, während *amentia* den Nichtgebrauch des Verstandes bezeichnet, wie z. B. bei dem Betäubten.

13. *nomina posuerunt* für *imposuerunt*, auch sonst bisweilen.

15. *a Socrate acceptum*, besonders aus dem Alcib. II., der zwar nicht von Plato verfafst, aber ganz Sokratisch ist.

16. *Qui est enim animus* cet. Dieser Satz ist überflüssig und verwirrt den Gang des Beweises, welcher etwa so lauten müfste: da die *insipientes* der *mens* entbehren, dieser Mangel aber mit *amentia* oder *dementia* bezeichnet wird und diese ferner gleichbedeutend ist mit *insania*, welches ein Ausdruck für Krankheit ist, so folgt daraus, dafs man die *insipientes* als *non sani* ansah.

18. *non magis — quam*, wie I. 8, 15 *non plus — quam.*

22. *locis*, wie IV. 1, 1.

Sed id alias; nunc quod instat. Totum igitur id, quod quaerimus, quid et quale sit verbi vis ipsa declarat. Eos enim sanos quoniam intellegi necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit, qui contra adfecti sint, hos insanos appellari necesse est. Itaque nihil melius, quam quod est in consuetudine sermonis Latini, cum *exisse ex potestate* dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine aut iracundia; quamquam ipsa iracundia libidinis est pars; sic enim definitur iracundia, ulciscendi libido. Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sint in potestate mentis, cui regnum totius animi a natura tributum est. Graeci autem μανίαν unde appellent non facile dixerim; eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi; hanc enim insaniam, quae iuncta stultitia patet latius, a furore disiungimus. Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo; quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant; quasi vero atra bili solum mens ac non saepe vel iracundia graviore vel timore vel dolore moveatur, quo genere Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Orestem 11

1. *Sed id alias; nunc* —. Ebenso 11, 25: *Sed cetera alias; nunc* —; und 30, 73: *Sed de hoc alias; nunc* —.

quod instat 'was vorliegt'; vgl. de inv. II. 11, 37: *qua re ante factis omissis illud, quod instet, agi oportere*; unten IV. 6, 11: *instantia.*

2. *quid et quale sit* = nach Wesen und Beschaffenheit.

6. *exisse ex potestate*, sc. *sua*; also: 'dafs sie sich nicht mehr in der Gewalt haben'. Vgl. IV. 36, 77: *Iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente; horum enim potestas in totum animum esse debet.* Griechisch: ἐξίστασθαι ἑαυτῶν. Das Gegenteil: Nep. Att. 6, 1 *in sua potestate esse.*

8. *pars*, s. z. 11, 24.

ulciscendi libido. So wird öfter in der Definition die durch ein vorhergehendes Demonstrativum angekündigte Erklärung appositionell angereiht; vgl. 18, 41: *spe eorum omn.*; IV. 6, 13: *animi elationem*; 8, 19; de or. I. 23, 108: *si ars ita definitur, ... ex rebus penitus perspectis planeque cognitis* cet. Jedoch kann die Anknüpfung auch durch *ut .. sit* erfolgen, wie IV. 6, 11. Ueber *igitur* vgl. z. I. 7, 14: *ergo.*

9. *sint*, als Gedanke der *dicentes* ausgedrückt, wie IV. 12, 27: *quia iam sint.*

10. *cui regnum — tributum est.* Vgl. I. 10, 20.

11. *μανίαν unde appellent*: zunächst von μαίνομαι, welches mit μαίομαι und μαιμάω auf die Wurzel μα — zurückzuführen ist.

12. *ipsam*: ihrem Begriffe nach.

13. *iuncta*, s. z. V. 33, 96.

volunt illi quidem sc. *insaniam a furore distinguere.* — Wegen *quidem* s. zu I. 3, 6.

14. *parum valent verbo* 'sie haben kein recht passendes Wort'.

16. *ac non*, wie I. 22, 50; vgl. I. 7, 13: *et non.*

17. *Athamantem.* Sein Wahnsinn war eine Folge der Flucht seiner Kinder aus erster Ehe, Phrixus und Helle, und trieb ihn zum Mordanfall auf seine zweite Gemahlin, Ino, und deren Kinder. Alkmäon rächte seinen Vater Amphiaraus (s. II. 25, 60) an der

furere dicimus. Qui ita sit adfectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae; itaque non est scriptum SI INSANVS, sed SI FVRIOSVS ESCIT. Stultitiam enim censuerunt constantia, id est sanitate, vacantem posse tamen tueri mediocritatem officiorum et vitae communem cultum atque usitatum; furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia caecitatem. Quod cum maius esse videatur quam insania, tamen eius modi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Sed haec alia quaestio est; nos ad propositum revertamur.

6 Cadere, opinor, in sapientem aegritudinem tibi dixisti videri.
12 *A.* Et vero ita existimo. *M.* Humanum id quidem, quod ita existimas. Non enim silice nati sumus, sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod aegritudine quasi tempestate quatiatur. Nec absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis, 'Minime', inquit, 'adsentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant, quae nec potest

Mutter Eriphyle, wie Orestes den Agamemnon, worauf beide in Wahnsinn verfielen, der dagegen bei Ajax eine Wirkung des gekränkten Ehrgeizes war.

2. *si — escit*, in dem zu II. 21, 48 angeführten Gesetze. *Escit* kommt noch bei Plautus und Lucrez = *erit* vor.

3. *Stultitiam* im Sinne der Stoiker = *insaniam*. Das Abstractum für das Concretum, wie de or. I. 46, 202: *innocentiam iudiciorum poena liberare*.

4. *id est*, wie unten 13, 27: *id est miseria*. Zu dem Gedanken vgl. oben 4, 9: *Sanitatem enim* cet.

mediocritatem officiorum = media officia. (Um ein adjektiv. Attribut desto mehr hervorzuheben, verwandelt es der Lateiner öfter in das entsprechende Substantiv und setzt das andere Subst. dazu in den Genetiv. So 2, 4: *cursus errore*; 10, 22: *mediocritates perturbationum*; V. 3, 9: *novitatem nominis*; 15, 43: *in bonorum errore = in opinatis bonis*). Die Stoiker unterscheiden nämlich *media* (oder *communia* 'gewöhnliche') und *perfecta officia* (τὸ καθῆκον — τὸ κατόρθωμα); s. de off. III. 3, 14. Die *media officia* kann auch ein *insipiens* erfüllen.

6. *mentis ad omnia caecitatem*, wie IV. 10, 23: *ad certas res offensionem*; Ter. Andr. II. 3, 3: *tuum animum ad nuptias*.

7. *ut furor — insania*. In die *insania* als einen habituellen Zustand kann der Weise nach der Lehre der Stoiker nicht zurückverfallen, da die Tugend unverlierbar ist, wohl aber kann er auf eine gewaltsame Weise von dem *furor* ergriffen werden. Diog. L. VII. 118.

8. *non possit* 'nicht aber —'; s. I. 48, 116 zu *non defuit*.

12. *silice nati*, Anspielung auf Hom. Od. XIX. 163: *οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης*. Vgl. Il. XVI. 33—35. Zu *naturale = natura insitum* vgl. de or. I. 25, 117: *si quid naturale forte non habeant*.

14. *Crantor*, s. zu I. 48, 115.

16. *nescio quam*, verächtlich, von dem, wovon man keine nähere Notiz nehmen will: vermeintlich.

indolentia (nach Non. II. 453) von Cicero neu gebildet, für *ἀναλγησία*, weshalb er de fin. II. 4, 11 *ut ita dicam* hinzusetzt.

ulla esse nec debet. Ne aegrotus sim; si, inquit, fuero, sensus adsit, sive secetur quid sive avellatur a corpore. Nam istuc nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore.' Sed videamus ne haec oratio sit hominum 13
adsentantium nostrae imbecillitati et indulgentium mollitudini, nos autem audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnis radicum fibras evellere. Tamen aliquid relinquetur fortasse: ita sunt altae stirpes stultitiae. Sed relinquetur id solum, quod erit necessarium. Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Quam ob rem, quoniam coepimus, tradamus nos ei curandos; sanabimur, si volemus. Et progrediar quidem longius, non enim de aegritudine solum, quamquam id quidem primum, sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione — morbo, ut Graeci volunt — explicabo. Et primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter astringere solent argumenta; deinde nostro instituto vagabimur.

Qui fortis est, idem est fidens, quoniam *confidens* mala con- 7 14

1. *Ne aegrotus sim*, Conj. optat. Plut. cons. ad Appollon. p. 102, C: *Μὴ γὰρ νοσοῖμεν· νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων εἴτ' ἀποσπῷτο, τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίγνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ.*

si fuero = si contigerit ut sim, so dafs *fuero* die Bedeutung des Fut. ex. von *fieri* annimmt. Häufiger findet sich so *si potuero, voluero* u. ä., wo man das Fut. I. erwartet.

3. *mercede — immanitatis*, s. I. 15, 34 zu *mercedem gloriae.* In betreff der Bedeutung von *merces* (Strafe) vgl. pro domo 11, 29: *Data merces est erroris mei magna.* — *contingit*, wie 2, 4.

4. *stupor = ἀναισθησία*, Stumpfheit. Zum Inhalt vgl. die schöne Stelle de domo 36, 97.

videamus ne (vielleicht), vgl. I. 31, 83: *vide ne*; *ne* = ob nicht.

8. *stirpes* wie 34, 83 u. 84; im urspr. Sinne V. 13, 37: Stammende samt Wurzeln.

9. *quod erit necessarium*, nämlich um überhaupt ein Mensch zu bleiben.

Illud . . sic habeto: 'In jener Beziehung aber (d. h. hinsichtlich des Umstandes, dafs der Mensch der *aegritudo* unterworfen ist) halte dich davon überzeugt'; *sic* wird durch den folgenden Acc. c. Inf. erklärt.

13. *id quidem primum*, in diesem ganzen Buche.

14. *posui* 'wie ich mich ausgedrückt habe'; s. 20, 46 u. ad fam. I. 9, 21: *ut paulo ante posui.*

15. *explicabo*, ohne Objekt, wie de off. I. 3, 7: *de quibus est nobis explicandum*, u. öfter.

primo, bis 10, 22, *deinde* bis zu Ende des Buches. Über *si placet* s. I. 11, 23 zu *si videtur.*

16. *breviter astringere*: 'in knapp gefafster Form geben'. So de fato 14, 32: *hoc artius astringi ratio non potest.*

17. *vagabimur*, von der sich ausführlicher verbreitenden Erörterung.

18. *quoniam* cet. Zu ergänzen ist, wie oft bei *quoniam* oder *quod*

suetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a *confidendo*, quod laudis est; qui autem est fidens, is profecto non extimescit; discrepat enim a timendo confidere. Atqui in quem cadit aegritudo, in eundem timor; quarum enim rerum praesentia sumus in aegritudine, easdem impendentis et venientis timemus. Ita fit ut fortitudini aegritudo repugnet. Veri simile est igitur, in quem cadat aegritudo, cadere in eundem timorem et infractionem quidem animi et demissionem. Quae in quem cadunt, in eundem cadit ut serviat, ut victum, si quando, se esse fateatur. Quae qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam. Non cadunt autem haec in virum fortem; igitur ne aegritudo quidem. At nemo sapiens nisi fortis; non cadet ergo in sapientem aegritudo. Praeterea necesse est, qui fortis sit, eundem esse magni animi; qui magni animi sit, invictum; qui invictus sit, eum res humanas despicere atque infra se positas arbitrari; despicere autem nemo potest eas res, propter quas aegritudine adfici potest; ex quo efficitur fortem virum aegritudine numquam adfici. Omnes

und noch häufiger bei *si* und *ut* oder *ne*: was ich sage. Vollständig ist der Ausdruck unten 9, 20: *invidentiam. Non dixi invidiam, quae tum est, cum invidetur. Confidens* kommt (abgesehen vom Adverb.) in der That nur bei Terenz (Andr. V. 2, 14) noch im guten Sinne vor.

1. *ponitur* = *numeratur*, vgl. de leg. I. 16, 44: *ut honesta in virtute ponantur, in vitiis turpia*; de fin. III. 17, 58.

6. *Veri simile est igitur.* Dafür hätte vielmehr gleich angeschlossen werden sollen, was unten folgt: *At nemo sapiens nisi fortis* cet. Aber um den Beweis durch Spezialisierung von *timor* noch überzeugender zu machen, nimmt Cic. das bereits vorher eingefügte Glied der Schlufskette wieder auf (also, wie gesagt, es ist wahrscheinlich u. s. w.) und spinnt den begonnenen Sorites jetzt weiter aus. Eine Ausstofsung der Worte *Ita fit ut . . aegrotet* scheint daher nicht notwendig zu sein, ganz abgesehen davon, dafs es ohne dieselben nur heifsen könnte: *cadere in eundem — infractionem animi et demissionem.*

7. *et — quidem* 'und zwar damit zugleich' erweitert den Begriff des *timor*, um damit die nächste Folgerung (*ut serviat* cet.) zu begründen. *Infractio* und *demissio* hier passivisch: 'das Geknickt- und Gebeugtsein'.

9. *si quando* = *si forte* 'wenn sichs einmal so trifft'.

10. *recipit, recipiat* —, so bes. in Konklusionen und Gegensätzen gestellt. Vgl. 5, 11: *ut furor — possit, non possit insania*; 9, 20: *si — posset, posset etiam* —; 31, 75: *quamdiu vixit, vixit in luctu*; de fin. II. 21, 68: *quod nobis non liceat, liceat illis.*

11. *igitur*, wie I. 2, 4.

ne aegritudo quidem; s. zu I. 6, 11; ebenso unten 9, 19; 10, 21.

12. *At* in der *propositio minor* (*assumptio*) mit erregter Lebhaftigkeit des Gegensatzes. So auch § 15 und V. 15, 44 und 16, 48.

cadet. In der *conclusio* tritt bei Cic. nach dem Präsens häufig das Futurum ein. So § 15 *vacabit*; 8, 18, *aberit*; 9, 19 *vacabit.*

autem sapientes fortes; non cadit igitur in sapientem aegritudo. Et quem ad modum oculus conturbatus non est probe adfectus ad suum munus fungendum et reliquae partes totumve corpus, statu cum est motum, deest officio suo et muneri, sic conturbatus animus non est aptus ad exsequendum munus suum. Munus autem animi est ratione bene uti, et sapientis animus ita semper adfectus est, ut ratione optime utatur; numquam igitur est perturbatus. At aegritudo perturbatio est animi; semper igitur ea sapiens vacabit.

8
16 Veri etiam simile illud est, qui sit temperans, — quem Graeci *σώφρονα* appellant eamque virtutem *σωφροσύνην* vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, non numquam etiam modestiam, sed haud scio an recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustius apud Graecos valet, qui frugi homines *χρησίμους* appellant, id est tantum modo utilis; at illud est latius; omnis enim abstinentia, omnis

3. *ad suum munus fungendum.* Ebenso 17, 36: *quod utendum acceperis*; jedoch auch als Prädikat mit *est*, wie V. 17, 49: *nec quicquam est gloriandum*; ib. 50: *beata vita glorianda est.*

4. *statu . . motum*, vgl. II. 5, 14: *de sententia esse deiectum.*

6. *et sapientis.* Hier führt *et* die *propositio minor* des Syllogismus ein, wie 8, 18: *et sunt illa sapientis*; V. 17, 49: *et est in aliqua vita* cet.

10. *qui sit temperans.* Der Nachsatz folgt erst § 18: *eum necesse est esse constantem.* In dem an Anakoluthien reichen Kapitel will Cicero zuerst nach Angabe der gewöhnlichen Bedeutung von *σωφροσύνη* die Übersetzung desselben durch *frugalitas* rechtfertigen, wird sodann durch eine Vergleichung von *frugi* mit *χρήσιμος* zu dem Nachweise geführt, dafs *frugalitas* auch die drei andern Kardinaltugenden umfasse, und zeigt zuletzt unter Berufung auf diese, von denen ebenfalls jede sowohl in ihrem unauflöslichen Zusammenhange mit allen übrigen und daher auch als Inbegriff derselben, als auch einzeln für sich betrachtet werden kann, dafs *frugalitas* nichtsdestoweniger im engeren Sinne jenen drei Tugenden als eine besondere = *temperantia* entgegengesetzt werden dürfe. Bald darauf aber wird es wieder, im Gegensatz zu *nequitia*, im weiteren Sinne gebraucht.

11. *eamque virtutem = et cuius virt.*; vgl. z. V. 3, 8: *eumque.*

14. *quod — valet*: 'was (nämlich *frugalitas*) die Griechen in ihrem Worte *χρησιμότης* in engerer Bedeutung nehmen'.

15. *frugi*, eig. ein Gen. von *fruges* nach der 5. Dekl. Wie weit dieser Begriff, auf Menschen übertragen, ausgedehnt wird, darüber s. auch IV. 16, 36. Schwer zu übersetzen; etwa: Biedermann — Biederkeit. *Σώφρων* ist eigentlich noch weiter — *σῶος τὴν φρένα*, dessen Sinn so ist, wie er sein soll.

16. *illud*: das latein. *frugalitas. omnis enim abstinentia* cet., wieder eine Anakoluthie. Es sollte nachher heifsen: *reliquae etiam virtutes frugalitate continentur.* Ganz ähnlich de fin. III. 3, 11: *Ceterae philosophorum disciplinae — eas — nihil adiuvare arbitror.*

innocentia, — quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest *ἀβλάβειαν*; nam est innocentia adfectio talis animi, quae noceat nemini — , reliquas etiam virtutes frugalitas continet. Quae nisi tanta esset et si iis angustiis, quibus plerique putant, teneretur, numquam esset L. Pisonis cognomen tanto
17 opere laudatum. Sed quia nec qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignaviae, nec qui propter avaritiam clam depositum non reddidit, quod est iniustitiae, nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiae, *frugi* appellari solet, eo tris virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam, frugalitas complexa est — etsi hoc quidem commune est virtutum; omnes enim inter se nexae et iugatae sunt; — reliqua igitur est, quarta virtus ut sit, ipsa frugalitas. Eius enim videtur esse proprium motus animi appetentis regere et sedare semperque adversantem libidini moderatam in omni re servare constantiam; cui contra-
18 rium vitium nequitia dicitur. *Frugalitas*, ut opinor, a *fruge*, qua nihil melius e terra, *nequitia* ab eo — etsi erit hoc fortasse durius, sed temptemus; lusisse putemur, si nihil sit — , ab eo, quod *nequicquam* est in tali homine, ex quo idem *nihili* dicitur. Qui sit frugi igitur vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem; qui autem constans, quietum; qui quietus, perturbatione omni vacuum, ergo etiam aegritudine. Et sunt illa sapientis; aberit igitur a sapiente aegritudo.

2. *ἀβλάβεια*. Thatsächlich ist nur *ἀβλαβής* aufser in der Bedeutung von *incolumis* auch in der von *innocens* gebraucht worden, während *ἀβλάβεια* nur in der von *incolumitas* und übrigens erst bei Plut. vorkommt.

4. *tanta*: von so umfassender Bedeutung.

5. *L. Calpurnius Piso Frugi*, berühmter Redner und Verfasser von Annalen, setzte als Volkstribun 149 v. Chr. die *lex Calpurnia de pecuniis repetundis* durch, war 133 Konsul und 120 Censor. Cic. p. Font. 13, 29: (*L. Piso*) *tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur.*

10. *eo*, s. z. I. 7, 13.

11. *hoc quidem*, näml. dafs jede Tugend alle übrigen in sich begreift.

14. *motus animi app.* 'die Begierden'; *adversantem* ist zum Subj. zu ziehen.

16. *qua* ohne *est*. Auch im Relativsatz ist die Auslassung von *est* (*sunt*) nicht unerhört; vgl. de off. I. 7, 20: *cuius partes duae* sc. *sunt*, u. s.

17. *ab eo — ab eo*. Ebenso ist 28, 71 *id* nach einem Zwischensatze zur Erleichterung des Verständnisses wiederholt.

19. *nequicquam*. Ebenso Varro L. L. X. 5, § 81: *ex ne et quicquam — media extrita syllaba coactum est nequam*. Falsch; *nequam* und *nequitia* sind vielmehr mit *nequire* eines Stammes.

22. *Et sunt* cet., s. zu 7, 15: *et sapientis*.

Itaque non inscite Heracleotes Dionysius ad ea disputat, 9
quae apud Homerum Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo:

Corque meum penitus turgescit tristibus iris,
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Num manus adfecta recte est, cum in tumore est, aut num aliud 19
quodpiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? Sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est. Sapientis autem animus semper vacat vitio, numquam turgescit, numquam tumet; at iratus animus eius modi est; numquam igitur sapiens irascitur. Nam si irascitur, etiam concupiscit; proprium est enim irati cupere, a quo laesus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. Qui autem id concupierit, eum necesse est, si id consecutus sit, magno opere laetari, ex quo fit, ut alieno malo gaudeat. Quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem cadit. Sin autem caderet in sapientem aegritudo, caderet etiam iracundia; qua quoniam vacat, aegritudine etiam vacabit. Etenim, si 20
sapiens in aegritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixi *invidiam*, quae tum est,

1. *Dionysius*, s. zu II. 25, 60; über *ad ea* I. 4, 7.

2. *apud Homerum*, Ilias IX. 646 sq.:

ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων
μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν
Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

hoc, ut opinor, modo (= *his fere verbis*) deutet an, dafs Cic. frei übersetzt hat.

3. *tristibus iris*, s. II. 8, 20 zu *tristis Eurystheus*.

6. *turgidum* 'gedunsen'; *vitiose se habet*, so wie auch *se gerere* nur mit dem Adv. verbunden wird.

7. *in vitio est* = *vitiosus est*. Vgl. IV. 8, 17: *ut et in laude et in vitio nomen hoc sit*. Ibid. 37, 79: *perturbationem — esse in opinione* = *opinatam*. So auch im Griech.

19. *iratus animus* statt *irati animus*, wie man der Konzinnität wegen erwarten sollte, ist geschrieben worden, weil *iratus* nicht wie *sapiens* im Sing. ein Subst. sein kann.

11. *videatur*, näml. *sibi* (dessen Auslassung aber im Gegensatz zu dem Pron. der 1. Pers. sehr selten ist); *dolorem inurere* = *dolorem inurendo excitare*, vgl. in Cat. II. 9, 20: *dolor inustus est civitati*.

13. *ex quo fit*, s. 7, 14 zu *Ita fit*.

16. *Etenim* leitet hier nicht den Beweis von *Qua — vacabit* ein, sondern einen neuen Beweis der Behauptung: *aegritudine sapiens vacabit*; also = *porro* oder *praeterea*. So auch IV. 17, 40 u. V. 15, 45.

17. *posset etiam in misericordiam*, vgl. z. 7, 14: *recipiat*. Mit vielem Humor geifselt Cic. diesen Grundsatz der Stoiker in der Rede p. Mur., wo er als ihre Ansicht anführt 29, 61: *neminem misericordem esse nisi stultum et levem* u. 30, 62: *Supplices aliqui veniunt miseri et calamitosi: sceleratus et nefarius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris*.

18. *invidiam*. Cic. will *invidia* nur im passiven Sinne gelten lassen; für den aktiven bildet er, um Zweideutigkeit zu vermeiden, das Wort *invidentia* 'Scheelsucht'; vgl. IV. 7, 16.

cum invidetur; ab *invidendo* autem *invidentia* recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen *invidiae*, quod verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius, ut est in Melanippo:

Quisnam florem liberum invidit meum?

Male Latine videtur, sed praeclare Accius; ut enim *videre*, sic *invidere florem* rectius quam *flori*. Nos consuetudine prohibemur; poëta ius suum tenuit et dixit audacius. Cadit igitur in eundem et misereri et invidere. Nam qui dolet rebus alicuius adversis, idem alicuius etiam secundis dolet, ut Theophrastus, interitum deplorans Callisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur, itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum quem ad modum rebus secundis uti conveniret. Atqui quem ad modum misericordia aegritudo est ex alterius rebus adversis, sic invidentia aegritudo est ex alterius rebus secundis. In quem igitur cadit misereri, in eundem etiam invidere; non cadit autem invidere in sapientem; ergo ne misereri quidem. Quod si aegre ferre sapiens soleret, misereri etiam soleret. Abest ergo a sapiente aegritudo.

Haec sic dicuntur a Stoicis concludunturque contortius. Sed latius aliquanto dicenda sunt et diffusius, sententiis tamen utendum eorum potissimum, qui maxime forti et, ut ita dicam,

3. *in Melanippo*, einem Stücke des Accius. Der Vers hiefs (nach Nonius) so: *Únde aut quis mortális florem líberum invidít meum?* Das Scheelansehen (eigentl. *fascinare*, *βασκαίνειν*) bringt näml. nach einem uralten Aberglauben, der sich bei allen Völkern findet, dem Angeblickten Schaden.

4. *liberum — meum*, wie 24, 58 *orbitates liberum*.

5. *Male Latine*, sc. *dictum* oder *dixisse*.

7. *dixit audacius*. Oder vielmehr: es war zu Accius' Zeiten so gewöhnlich, wie später der Dativ der Sache (u. Gen. der Person).

9. *Theophrastus* (l. 19, 45) in seiner Schrift: *Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους*.

10. *interitum Callisthenis*. Diesen seinen ehemaligen Mitschüler und Freund bezichtigte Alexander, als er sich seiner göttlichen Verehrung widersetzte, der Teilnahme an einer Verschwörung und liefs ihn nach den scheufslichsten Grausamkeiten töten.

11. *angitur*: wird peinlich berührt.

17. *aegre ferre* = *aegritudine affici*, wie 26, 62.

20. *concluduntur contortius*, in dem Sinne von (6, 13) *breviter astringere argumenta*, doch mit leisem Tadel. Vgl. II. 18, 42.

21. *latius dicenda sunt*. Dies geschieht zu Ende des Buches.

diffusius 'in weniger geschlossener (prägnanter) Form'; vgl. de inv. I. 52, 98: *Enumeratio est, per quam res disperse et diffuse dictae unum in locum coguntur* cet. Häufiger wird in dieser Bedeutung *fuse* gebraucht.

22. *forti*: entschieden. Gemeint sind die Stoiker.

virili utuntur ratione atque sententia. Nam Peripatetici, familiares nostri, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non sane probant. Omne enim malum, etiam mediocre, malum est; nos autem id agimus, ut id in sapiente nullum sit omnino. Nam ut corpus, etiam si mediocriter aegrum est, sanum non est, sic in animo ista mediocritas caret sanitate. Itaque praeclare nostri, ut alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem propter similitudinem corporum aegrorum aegritudinem nominaverunt. Hoc prope modum verbo Graeci omnem animi perturbationem 23
appellant; vocant enim πάθος, id est morbum, quicumque est motus in animo turbidus. Nos melius; aegris enim corporibus simillima animi est aegritudo; at non similis aegrotationis est libido, non immoderata laetitia, quae est voluptas animi elata et gestiens. Ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quamquam aegritudini est finitimus, sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo nomen habet non seiunctum a dolore. Doloris huius igitur origo nobis explicanda est, id est causa efficiens aegritudinem in animo tamquam aegrotationem in corpore. Nam ut medici causa morbi inventa curationem esse inventam putant, sic nos causa aegritudinis reperta medendi facultatem reperiemus.

Est igitur causa omnis in opinione nec vero aegritudinis 11 24
solum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum, quae sunt genere quattuor, partibus plures. Nam cum omnis perturbatio

1. *familiares nostri*, wie I. 32, 78 die Stoiker *amici nostri* genannt werden.

2. *nihil*, wie I. 2, 5.

3. *mediocritates perturbationum* 'gemäfsigte Leidenschaften', s. 5, 11. Vgl. 31, 74; Acad. II. 44, 135: *Mediocritates illi probabant et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum.*

vel — vel, s. zu I. 2, 3.

4. *non sane*: schlechterdings nicht, keineswegs, wie 21, 51; V. 14, 40 und oben 1, 2: *haud sane.* Vgl. z. IV. 21, 48.

5. *id agimus, ut — sit*, für *ut probemus esse*, s. z. 3, 5: *probari ut.*

12. *aegris enim corporibus*, abgekürzte Vergleichung für: *aegrorum corporum statui*; wie I. 1, 2: *cum Graecia sunt conferenda.*

14. *elata et gestiens* 'eine ausgelassene und leidenschaftlich sich geberdende Lust der Seele'; vgl. 11, 24 und IV. 6, 12.

17. *nomen habet — a dolore* 'ist eine Bezeichnung, von welcher sich der Gedanke an den Schmerz nicht trennen läfst'.

19. *tamquam*, hier = *sicut*, s. z. I. 36, 88.

20. *curationem*, entsprechend dem folgenden *medendi facultatem*; vgl. auch z. IV. 27, 59.

23. *nec vero*: oft nur ein verneintes *et quidem.*

25. *partibus. Pars* (seltener *species*) ist im Lateinischen der übliche Gegensatz von *genus.* So V. 25, 71: *genera partesque virtutum.*

sit animi motus vel rationis expers vel rationem aspernans vel rationi non oboediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur bifariam, quattuor perturbationes aequaliter distributae sunt. Nam duae sunt ex opinione boni, quarum altera *voluptas gestiens*, id est praeter modum elata laetitia opinione praesentis magni alicuius boni, altera, quae est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans, vel *cupiditas* recte vel *libido* dici potest. Ergo haec duo genera, voluptas gestiens et libido, bonorum opinione turbantur, ut duo reliqua, metus et aegritudo, malorum. Nam et *metus* opinio magni mali impendentis et *aegritudo* est opinio magni mali praesentis et quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi; id autem est ut is, qui doleat, oportere opinetur se dolere. His autem perturbationibus, quas in vitam hominum stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitae, tranquille placideque traducere. Sed cetera alias; nunc aegritudinem, si possumus, depellamus. Id enim sit propositum, quandoquidem eam tu videri tibi in sapientem cadere dixisti, quod ego nullo modo existimo; taetra enim res est, misera, detestabilis, omni

1. *vel rationis expers vel* cet., s. zu 10, 22.

2. *isque motus — citetur. Citare* 'hervorrufen'; so auch I. 10, 19 *ciere* mit sächlichem, sonst nur mit persönl. Objekt.

6. *opinati*, im passiven Sinne, wie 24, 58: *opinatum sit*, und nachher öfter.

9. *bonorum opinione turbantur*, Brachylogie für: *bonorum opinione cum animi perturbatione exsistunt.* Vgl. § 24: *distributae sunt.* Ebenso Top. 26, 99: *huic generi, in quo et misericordia et iracundia et odium et invidia et ceterae animi adfectiones perturbantur.*

10. *Nam et metus — est opinio*, ungenaue Definition statt *est ex opinione*, vgl. § 24 und zu IV. 7, 14.

12. *talis mali*, z. B. des Todesfalles eines Verwandten. Zu *in eo* vgl. I. 21, 48: *in eo gloriari. ut in eo* cet. Nach der Lehre der Stoiker wird der durch die bloße Vorstellung (*opinio*) hervorgerufene *motus* erst dann zur Leidenschaft (*perturbatio*), wenn wir jene durch unser Urteil bestätigen und ihr beistimmen (*συγκατάθεσις*). Vgl. IV. 7, 15.

15. *omnibus viribus atque opibus*: 'mit allen Kräften (in uns) und allen Mitteln (außer uns)'. In gleichem Sinne ad Att. XIV. 14, 6: *omni ope atque opera enitar*; de off. II. 6, 20: *sine hominum opibus et studiis.* Vgl. oben 3, 6.

16. *repugnandum est, si volumus.* Gewöhnlicher wäre die vom Deutschen mehr abweichende, aber das logische Verhältnis genauer bezeichnende Konstruktion: *His perturb. nisi repugnabitur, hoc quod datum est vitae non traducemus.* Vgl. 13, 27 a. E.

17. *Sed cetera alias; nunc —*, wie 5, 10: *Sed id alias.*

contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. Qualis enim 12 26
tibi ille videtur

Tántalo prognátus Pelope nátus, qui quondam á socru
Oénomao rege Hippodameam ráptis nanctust núptiis?

Iovis iste quidem pronepos. Tamne ergo abiectus tamque fractus?

Nolíte, inquit, *hospítes, ad me adíre! Ilico ístic,*
Ne cóntagió mea bonis umbrave óbsit.
Meó tanta vis sceleris ín corpore haéret.

Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter vim sceleris alieni? Quid? illum filium Solis nonne patris ipsius luce indignum putas?

Refúgere oculi, córpus macie extábuit,
Lacrimaé peredere úmore exsanguís genas,
Situm inter oris bárba paedore hórrida atque
Intónsa infuscat péctus inluvié scabrum.

Haec mala, o stultissime Aeeta, ipse tibi addidisti; non inerant in iis, quae tibi casus invexerat, et quidem inveterato malo, cum tumor animi resedisset — est autem aegritudo, ut docebo, in opinione mali recenti —; sed maeres videlicet regni desiderio,

1. *velis remisque* = *ventis remis* (ad fam. XII. 25, 3) unser 'mit allen Segeln'.

3. *Tantalo prognatus* = *Tantali nepos,* Thyestes, Die beiden Verse sind aus 'Thyestes' von Ennius und nur um des nachfolgenden Kontrastes willen angeführt. Th., durch seine Todfeindschaft mit seinem Bruder Atreus bekannt (s. I. 44, 107), wurde von den Atriden gestürzt und ins Exil getrieben.

qui quondam cet. geht auf Pelops. Vgl. zu II. 27, 67. *Socru,* archaistische, auch bei Accius vorkommende Form für *socero.*

4. *raptis nuptiis,* 'durch Eheraub', bezieht sich auf die List des Pelops, welcher den Wagenlenker des Oenomaos, Myrtilos, bestach, die Nägel an den Wagenrändern nicht einzusetzen, wodurch jener umkam.

6. *Nolite* cet. Versus Bacchiaci tetram. aus derselben Tragödie, deren Anfang auch de or. III. 41, 164 angeführt wird. Zu *istic* ergänze *manete* od. *subsistite.*

9. *luce* = *conspectu et commercio hominum.*

sceleris alieni, näml. des Atreus, der des Thyestes Kinder geschlachtet und ihm zum Mahle vorgesetzt hatte.

10. *filium Solis,* Aeetes, den König der Colchier.

12. *Refugere oculi* 'eingefallen sind die Augen'. Die Verse sind wahrscheinlich aus dem *Medus* des Pacuvius.

14. *Situm inter oris barba* macht einen Begriff aus: Der zwischen des Gesichts Unsauberkeit wachsende Bart. — In *atque* ist *que* zu elidiren.

16. *o stultissime Aeeta.* Nur selten verbindet der Lateiner, wie hier u. I. 40, 96 *pulchro Critiae,* Adjectiva unmittelbar mit Eigennamen.

17. *et quidem* (und noch dazu) cet. schliefst sich steigernd an *ipse tibi addidisti* an.

19. *regni desiderio.* An den Besitz des von Iason und Medea ihm geraubten goldenen Vliefses war

non filiae. Illam enim oderas, et iure fortasse; regno non aequo animo carebas. Est autem impudens luctus maerore se confi-
27 cientis, quod imperare non liceat liberis. Dionysius quidem tyrannus Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat; usque eo imperio carere non poterat. Tarquinio vero quid impudentius, qui bellum gereret cum iis, qui eius non tulerant superbiam? Is cum restitui in regnum nec Veientium nec Latinorum armis potuisset, Cumas contulisse se dicitur inque ea urbe senio et aegritudine esse confectus.

13 Hoc tu igitur censes sapienti accidere posse, ut aegritudine opprimatur, id est miseria? Nam cum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est aegritudo. Habet ardorem libido, levitatem laetitia gestiens, humilitatem metus, sed aegritudo maiora quaedam, tabem, cruciatum, adflictationem, foeditatem; lacerat, exest animum planeque conficit. Hanc nisi exuimus sic,
28 ut abiciamus, miseria carere non possumus.

Atque hoc quidem perspicuum est, tum aegritudinem ex-

nach einer (von der gewöhnlichen abweichenden) Sage der der Herrschaft für ihn geknüpft. Sein Bruder Perseus stürzte ihn.

3. *imperare — liberis* ‘über freie Menschen’. Anspielung auf Cäsars Streben nach unumschränkter Herrschaft. Vgl. auch zu 9, 19: *iratus*.

Dionysius, der jüngere, der durch Timoleon 343 v. Chr. gestürzt wurde. Über *quidem* s. zu I. 33, 80. — Übrigens ist das Ende des Kapitels von hier an nur eine Digression, die sich an *quod imperare non liceat* anschliefst.

4. *usque eo — non* ‘so wenig’; vgl. II. 7, 17: *quam non* und zu II. 5, 13: *ita est*. Dafs hier ein Beispiel von Herrschsucht angeführt werden sollte, geht schon aus dem Zusammenhange mit dem Folgenden hervor.

5. *Tarquinio quid impudentius*. Vgl. I. 2, 5: *nihil mathematicis inlustrius*. Zur Sache: Liv. II. 21.

8. *inque ea*. Häufiger wird *que* an das von der Präp. abhängige Wort gehängt, jedoch ist auch die unmittelbare Verbindung desselben mit einer Präposition bei Cic. nicht selten, und zwar am häufigsten mit *de, pro* und *contra*, nächst diesen mit *cum, ex* und *in*, am seltensten mit *per*, den übrigen zweisilbigen auf *a* nebst *circum, praeter, propter* und *sine*.

11. *id est* = das will sagen. So Acad. I. 2, 6: *si Epicurum, id est, si Democritum probarem*.

miseria — carnificina. Durch den Chiasmus wird der Gegensatz dieser beiden Prädikate (die Steigerung) noch mehr hervorgehoben.

12. *Habet* ‘führt mit sich, ist stets verbunden mit —’. So ad fam. V. 12, 5: *Viri excellentis casus habent admirationem, exspectationem, laetitiam, molestiam, spem, timorem*, und öfter, zur Bezeichnung eines dauernden Zustandes. Vgl. IV. 36, 77.

15. *sic, ut*. Unlateinisch ist *sic* oder *ita ut* zur blofsen Einführung des Folgesatzes.

16. *miseria carere*. Vgl. I. 36, 88. Ebenso unten 18, 40: *si malo careat*; und 41: *ut dolore careat*.

5. *Atque — quidem*, Übergang vom Allgemeinen zum Speciellen.

sistere, cum quid ita visum sit, ut magnum quoddam malum adesse et urgere videatur. Epicuro autem placet opinionem mali aegritudinem esse natura, ut quicumque intueatur in aliquod maius malum, si id sibi accidisse opinetur, sit continuo in aegritudine. Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed insperato et necopinato malo. Est id quidem non mediocre ad aegritudinem augendam; videntur enim omnia repentina graviora. Ex hoc et illa iure laudantur:

Ego cum genui, tum morituros scivi et ei rei sustuli.
Praeterea ad Troiam cum misi ob defendendam Graeciam,
Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

14 29 Haec igitur praemeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum, quae venientia longe ante videris. Itaque apud Euripiden a Theseo dicta laudantur; licet enim, ut saepe facimus, in Latinum illa convertere:

1. *ita visum sit, ut — videatur.* Vgl. de orat. III. 10, 39: *sed usitatis (verbis) ita poterit uti, lectissimis ut utatur.*

3. *natura* 'mit Naturnotwendigkeit', vgl. § 31. Damit ist sowohl der Gegensatz gegen die Stoiker bezeichnet, welche das Entstehen der *aegritudo* durch die Zustimmung des Menschen bedingt sein lassen, s. zu § 25, als auch gegen die Cyrenaiker, nach deren Ansicht sie überhaupt nicht durch eine *opinio*, sond. unmittelbar durch die Dinge selbst hervorgerufen wird. Mit Bezug hierauf heifst es § 31: *simulque iudico malum illud opinionis esse, non naturae*, d. h. *rei ipsius*, während hier *natura* die natürliche Beschaffenheit der *opinio* und die dadurch bedingte Notwendigkeit bezeichnet.

5. *Cyrenaici*, s. II. 6, 15 zu *Aristippus.*

8. *et illa = etiam illa*; wie IV. 34, 73: *Probe et ille.* Indes findet sich diese Bedeutung von *et* bei Cicero nur selten und zwar nur vor einem Pronomen.

9. *Ego cum* cet. Nach 24, 58 sind es Worte des Telamon aus Ennius' 'Telamon', bei einer Nachricht von des Ajax Tode.

ei rei, beides einsilbig. Wegen *sustuli* vgl. III. 1, 2 zu *suscepti sumus.*

10. *ob defendendam Graeciam.* So auch p. Mur. 1, 1: *ob eiusdem hominis consulatum obtinendum*; Sall. Iug. 89, 2: *ob suos tutandos.*

11. *Scibam.* Diese kontrahierte Form des Imperfekts kommt in der älteren Latinität häufig, aber auch noch bei Verg. Aen. VII. 485 und Prop. I. 3, 25 vor.

13. *longe*, nicht 'lange', sondern 'aus weiter Ferne'.

apud Euripiden (vgl. I. 26, 65: *Ganymeden*), in seinem 'Theseus'. Plut. Consol. ad Apoll. p. 112 giebt das Original (Dind. fragm. p. 93):

ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος
μαθὼν
εἰς φροντίδας νοῦν συμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην,
φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
ὡς, εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζόν ποτε,
μή μοι νέορτον προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

14. *licet enim.* Welcher Zwischengedanke ist zu supplieren? Zu *in Latinum convertere* vgl. de off. II. 24, 87: *quem (librum) nos — e Graeco in Latinum convertimus*; so bei Quintilian häufig ohne Subst.

Nam qui haéc audita a dócto meminissém viro,
Futúras mecum cómmentabar miserias:
Aut mórtem acerbam aut éxsili maestám fugam
Aut sémper aliquam mólem meditabár mali,
Ut, si qua invecta díritas casú foret,
Ne me imparatum cúra lacerarét repens.

Quod autem Theseus ‘a docto’ se audisse dicit, id de se ipso loquitur Euripides. Fuerat enim auditor Anaxagorae, quem ferunt nuntiata morte filii dixisse: *Sciebam me genuisse mortalem.* Quae vox declarat iis esse haec acerba, quibus non fuerint cogitata. Ergo id quidem non dubium, quin omnia, quae mala putentur, sint improvisa graviora. Itaque quamquam non haec una res efficit maximam aegritudinem, tamen, quoniam multum potest provisio animi et praeparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. Et nimirum haec est illa praestans et divina sapientia et perceptas penitus et pertractatas res humanas habere, nihil admirari cum acciderit, nihil ante, quam evenerit, non evenire posse arbitrari.

Quam ob rem ómnis, cum secúndae res sunt máxume, tum máxume

3. *exsili maest. f.*, Umschreibung für *maestum exsilium*, wie 19, 44: *auxilio exsili aut fuga* für *exsilio*.

4. *aut — aliquam*, s. zu I. 30, 74.

6. *rĕpens — repentina*, wie 22, 52: *hostium repens adventus*.

7. *docto*, ist nicht Subst., sondern Adj., welches aus § 29 wiederholt worden ist, um die folgende Bemerkung einzuleiten.

8. *Anaxagorae* (s. zu I. 43, 104). Die hier erwähnte Äußerung wird ihm auch von andern Schriftstellern, z. B. Aelian. V. H. III. 2 u. Val. Max. V. 10, ext. 3, zugeschrieben (übrigens auch andern beigelegt, z. B. von Diog. L. II. 55 dem Xenophon: *ἥδειν θνητὸν γεγεννηκώς*).

10. *iis* einschränkend: ‘nur denen’. *cogitata*: ‘wohlerwogen’, wie de sen. 11, 38: *res multum et diu cogitatas*. Vgl. auch zu II. 1, 2: *mihi habita est*.

13. *multum potest*. So wird *posse* nicht selten in Verbindung mit dem Neutr. eines Pron. od. Quantitätsadj. = *valere* gebraucht. Vgl. de or. I. 10, 44; 20, 89 u. a.

15. *meditata*, passivisch, wie 11, 24 *opinati*, ist bei Cic. sehr häufig, z. B. Cat. M. 20, 74: *hoc meditatum ab adulescentia debet esse*. So auch 15, 32: *praemeditata*. Zu *Et nimirum* (gerade, eben) vgl. I. 22, 52; II. 23, 55.

16. *perceptas penitus et pertractatas*. Composita mit *per* werden von Cicero oft durch *penitus* noch verstärkt; so de fin. V. 16, 44: *penitus pervidere*; de orat. I. 5, 17: *pernoscere*; 20, 92: *perspicere*.

17. *nihil admirari = nulla re, sive laeta sive tristi, vehementer affici*. Hor. epist. I. 6, 1:

Nil admirari prope res est una,
Numici,
Solaque, quae possit facere et
servare beatum.

Vgl. Tusc. V. 28, 81.

18. *non evenire* gehört zusammen und macht einen Begriff aus, wie 16, 34: *nihil esse quod non accidere possit*.

19. *Quàm ob rem* cet., aus Ter.,

Meditári secum opórtet, quo pacto ádversam aerumnám ferant.
Perícla, damna péregre rediens sémper secum cógitet
Aut fili peccatum aút uxoris mórtem aut morbum filiae,
Commúnia esse haec, né quid horum umquam áccidat animó novum;
Quicquid praeter spem evéniat, omne id députare esse in lucro.

Ergo hoc Terentius a philosophia sumptum cum tam commode dixerit, nos, e quorum fontibus id haustum est, non et dicemus hoc melius et constantius sentiemus? Hic est enim ille voltus semper idem, quem dicitur Xanthippe praedicare solita in viro suo fuisse [Socrate], eodem semper se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. Nec vero ea frons erat, quae M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius, sed tranquilla et serena; sic enim accepimus. Iure autem erat semper idem voltus, cum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mutatio. 15 31

Qua re accipio equidem a Cyrenaicis haec arma contra casus et eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna praemeditatione frangantur, simulque iudico malum illud opinionis esse, non naturae; si enim in re esset, cur fierent provisa leviora? Sed est, isdem de rebus quod dici possit subtilius, si prius Epicuri sententiam viderimus, qui censet necesse esse omnis in aegritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur, sive illa ante 32

Phorm. II. 1, 11 sq., von Cic. jedoch im 3. Verse nicht wörtlich citiert.

6. *deputare*, trotz des Zwischenverbums *cogitet*, wieder von *oportet* abhängig.

7. *Ergo — cum — dixerit* cet. Cic.'s gewöhnliche Wendung würde sein: *Ergo hoc Terentius — dicit: nos — non — dicemus?* S. zu II. 15, 46: *Tune.*

9. *ille voltus semper idem* 'jene Unveränderlichkeit der Mienen', wie de off. I. 26, 90: *praeclara est aequabilitas in omni vita et idem semper voltus eademque frons, ut de Socrate itemque de C. Laelio accepimus.* Zur Sache vgl. Xen. Mem. II. 2.

11. Wäre *Socrate* echt, so wäre hier, wie oft bei Cic., das *nom. propr.* der appositionellen Bestimmung nachgesetzt; vgl. de or. II. 78, 316: *hominem in primis disertum atque eruditum, Philippum*; ebds. III. 1, 4; 23, 87 u. a. S. jedoch den krit. Anhang.

12. *M. Crassus*, der Grofsvater des Triumvirs, Prätor 105 v. Chr., hatte den Beinamen Agelastus (*ἀγέλαστος*).

13. *Lucilius*, s. I. 5, 10 zu Sisyphus. Die berührte Stelle ist uns nicht erhalten; die Sache wird öfter erwähnt, z. B. de fin. V. 30, 92.

14. *Iure .. erat* cet., hier = *consentaneum* od. *necesse est eundem semper voltum fuisse*, wie Sall. Iug. 14, 10: *dum Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia saeva patiebamur.*

17. *diuturna praemeditatione*, genauere Erklärung von *quibus*. In ähnlicher Weise zwei Ablat. § 33: *voluptates, quibus ille — refertam putat.*

18. *opinionis — naturae*: eingebildet — natürlich.

22. *qui arbitrentur*, s. § 28, wo derselbe Gedanke durch *si id sibi accidisse opinetur* ausgedrückt ist.

provisa et exspectata sint sive inveteraverint. Nam neque vetustate minui mala nec fieri praemeditata leviora, stultamque etiam esse meditationem futuri mali aut fortasse ne futuri quidem; satis esse odiosum malum omne, cum venisset; qui autem semper cogitavisset accidere posse aliquid adversi, ei fieri illud sempiternum malum; si vero ne futurum quidem sit, frustra suscipi miseriam voluntariam; ita semper angi aut accipiendo aut cogitando malo.

33 Levationem autem aegritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda molestia et revocatione ad contemplandas voluptates; parere enim censet animum rationi posse et quo illa ducat sequi. Vetat igitur ratio intueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus, hebetem facit aciem ad miserias contemplandas, a quibus cum cecinit receptui, impellit rursum et incitat ad conspiciendas totaque mente contrectandas varias voluptates, quibus ille et praeteritarum memoria et spe consequentium sapientis vitam refertam putat. Haec nostro more nos diximus, Epicurii dicunt suo; sed quae dicant videamus, quo modo, neglegamus.

16 34 Principio male reprehendunt praemeditationem rerum futurarum. Nihil est enim, quod tam obtundat elevetque aegritudinem quam perpetua in omni vita cogitatio nihil esse, quod non accidere possit, quam meditatio condicionis humanae, quam vitae lex commentatioque parendi, quae non hoc adfert, ut semper

1. *inveteraverint*: im Gegensatz zu Zenos Lehre von der *recens opinio* (§ 25) gesagt.

4. Zu *venisset* nach *censet*, welches die früher ausgesprochene Meinung eines Philosophen als gegenwärtig einführt, vgl. 26, 63: *immolavisset* nach *invehitur*.

8. *avocatione*, sc. *animi*. Vgl. aufserdem z. I. 11, 24: *quasi in domicilium*.

11. *Vetat igitur ratio*, näml. nach Epikurs Ansicht.

12. *hebetem facit aciem ad —*, wie ad fam. VIII. 13, 1: *neque hebes ad id, quod melius sit, intellegendum*. Vgl. II. 6, 15 zu *ad hanc sententiam docilem se praebuit*.

13. *cecinit receptui* = *avocavit*. *rursum*, wie I. 17, 40; *contrectare* von geistiger Betrachtung gebraucht, wie de or. III. 6, 24. Jedoch mufs sich immer erst aus dem Zusammenhang die bildliche Bedeutung ergeben.

16. *Epicurii — suo*. Vgl. die sehr umfassenden Vorwürfe, welche er I. 3, 6 den römischen Epikureern macht.

18. *male reprehendunt*: sie thun Unrecht daran, zu tadeln, s. z. V. 37, 109: *stulte anteposuit*.

20. *nihil esse*. Der Acc. c. Inf. schliefst sich bisweilen auch unmittelbar an solche Subst. an, welche eine geistige Thätigkeit bezeichnen. So de off. II. 6, 22: *Ducuntur — spe sibi id utile futurum*. Vgl. z. I. 22, 52: *quo monet. non accidere*, s. 14, 30 zu *non evenire*.

21. *vitae lex*, genauer: die Beherzigung der *lex vitae* (näml. dafs man nicht immer glücklich sein kann und das Unglück in würdiger Weise ertragen mufs).

22. *commentatio parendi* die Vorbereitung zum Gehorsam (gegen

maereamus, sed ut numquam. Neque enim qui rerum naturam, qui vitae varietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, maeret, cum haec cogitat, sed tum vel maxime sapientiae fungitur munere. Utrumque enim consequitur, ut et considerandis rebus humanis proprio philosophiae fruatur officio et adversis casibus triplici consolatione sanetur, primum quod posse accidere diu cogitavit, quae cogitatio una maxime molestias omnis extenuat et diluit, deinde quod humana humane ferenda intellegit, postremo quod videt malum nullum esse nisi culpam, culpam autem nullam esse, cum id, quod ab homine non potuerit praestari, evenerit. Nam revocatio illa, quam adfert, cum a contuendis nos malis avocat, nulla est. Non est enim in nostra potestate fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio vel oblivio; lacerant vexant, stimulos admovent, ignis adhibent, respirare non sinunt. Et tu oblivisci iubes, quod contra naturam est, qui quod a natura datum est auxilium extorqueas inveterati doloris? Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam adfert longinquitas et dies.

die *lex vitae*)'. Vgl. I. 30, 74: *commentatio mortis.*

ut semper maereamus, Beziehung auf § 32: *qui semper cogitavisset, accidere posse aliquid adversi, ei fieri illud sempiternum malum.*

1. *rerum naturam*: Lauf der Welt.

5. *fruatur officio*: 'die eigentliche Aufgabe der Philosophie mit Befriedigung erfüllt'. Der Hauptgegensatz ist zwischen *considerandis rebus humanis* ('aus der Betrachtung selbst' — durch Wachsen der Einsicht) und *adversis casibus* ('im Unglück' — durch den erlangten Trost).

7. *una maxime*, vgl. zu II. 18, 43.

8. *humana humane ferenda.* Über *humane ferre* s. II. 27, 65; zu *humana humane ferre* vgl. Plut. Consol. ad Apoll. p. 118: τὰ κοινὰ τοῦ βίου συμπτώματα κοινῶς φέρειν καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀνθρωπίνως. Menand. p. 269 Mein.: Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν, ξένε, Τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα.

9. *nisi culpam.* Schiller: 'Der Übel größtes aber ist die Schuld'.

11. *praestari. Praestare alqd.* 'für etwas einstehen' ist bei Cic. ziemlich häufig, meist positiv: 'dafür, daſs etwas geschieht', z. B. V. 10, 29; hier indes negativ: 'dafür, daſs es nicht geschieht', wie de orat. II. 28, 124: *quos (impetus populi) praestare nemo posset.*

Nam, d. i. von der *rev.* will ich gar nicht reden, s. zu 30, 73: *Nam quod aiunt.*

quam adfert sc. *Epicurus.*

13. *fodicantibus*, vgl. II. 14, 33: *fodiat.*

14. *ignis adhibent*, s. II. 25, 61 zu *faces doloris* (stechen wie Nadeln, brennen wie Kohlen).

15. *Et tu obl. iubes*, s. z. I. 38, 92: *et dubitas*; *extorqueas* bez. sich auf § 32.

16. Zu *auxilium invet. doloris* vgl. I. 15, 34: *mercedem gloriae.*

17. *Est enim* cet. bezieht sich auf *auxilium a natura datum.* Über *illa quidem* vgl. z. I. 3, 6: *ab optimis illis quidem.*

18. *longinquitas et dies* = *longinquitas temporis. Dies* = *tempus* auch 22, 53; 24, 58; 30, 74; IV. 17, 39.

Iubes me bona cogitare, oblivisci malorum. Diceres aliquid,
17 et magno quidem philosopho dignum, si ea bona esse sentires,
36 quae essent homine dignissima. Pythagoras mihi si diceret aut Socrates aut Plato: ‘Quid iaces aut quid maeres aut cur succumbis cedisque fortunae? quae pervellere te forsitan potuerit et pungere, non potuit certe viris frangere. Magna vis est in virtutibus; eas excita, si forte dormiunt. Iam tibi aderit princeps fortitudo, quae te animo tanto esse coget, ut omnia, quae possint homini evenire, contemnas et pro nihilo putes; aderit temperantia, quae est eadem moderatio, a me quidem paulo ante appellata frugalitas, quae te turpiter et nequiter facere nihil patietur. Quid est autem nequius aut turpius effeminato viro? Ne iustitia quidem sinet te ista facere, cui minimum esse videtur in hac causa loci, quae tamen ita dicet dupliciter esse te iniustum, cum et alienum appetas, qui mortalis natus condicionem postules immortalium, et graviter feras te, quod utendum acceperis, reddi-
37 disse. Prudentiae vero quid respondebis docenti virtutem sese esse contentam, quo modo ad bene vivendum, sic etiam ad beate? Quae si extrinsecus religata pendeat et non et oriatur a se et rursus ad se revertatur et omnia sua complexa nihil quaerat alunde, non intellego cur aut verbis tam vehementer ornanda aut re tanto opere expetenda videatur.’ Ad haec bona me si revocas, Epicure, pareo, sequor, utor te ipso duce, obliviscor etiam ma-

1. *aliquid*, s. zu I. 20, 45.

3. *quae essent*, vgl. I. 5, 9: *quibus moriendum esset*.

Pythagoras — si diceret. Da alle nachfolgenden Sätze das Objekt von *si diceret* bilden, so reicht der Vordersatz bis § 37: *expetenda videatur*; nun sollte der Nachsatz sein: *parerem et sequerer*; statt dessen bildet Cicero, den Epikur anredend, erst einen neuen Vordersatz: *ad haec bona me si revocas*, an den sich nun der Nachsatz (*pareo* cet.) anschliefst.

5. *potuerit*, der Konjunktiv wie immer in Verbindung mit *forsitan*. Übrigens ist der Gebrauch dieses Wortes in einem Nebensatze sehr selten.

7. *princeps* von der Reihenfolge gesagt, wie immer als Prädikatsattribut; vgl. de or. II. 13, 55: *qui princeps genus hoc ornavit*. Nur mit *esse* verbunden bezeichnet es einen Vorrang.

10. *a me quidem*. Cicero vergifst, dafs er den Pythagoras cet. sprechen läfst.

paulo ante, näml. 8, 16.

16. *quod utendum acceperis*, wie oben 7, 15: *munus fungendum*. Zum Inhalt vgl. I. 39, 93.

18. *bene*: richtig, vernunftgemäfs, vgl. V. 5, 12.

etiam (od. *quoque*) darf im Demonstrativsatze einer Vergleichung nur dann hinter *sic* od. *ita* stehen, wenn beide Sätze dasselbe Subj. haben und eine Steigerung (sogar) bezeichnet werden soll.

19. *si — pendeat* ‘wenn sie an Aufsendinge geknüpft und von ihnen abhängig wäre’.

et non, s. zu I. 7, 13.

21. *verbis .. re*: derselbe Gegensatz, wie I. 25, 62: *non re, sed vocabulo errantia*.

23. *malorum — in malis*, ein

lorum, ut iubes, eoque facilius, quod ea ne in malis quidem ponenda censeo. Sed traducis cogitationes meas ad voluptates. Quas? Corporis credo aut quae propter corpus vel recordatione vel spe cogitentur. Num quid est aliud? rectene interpretor sententiam tuam? Solent enim isti negare nos intellegere quid dicat Epicurus. Hoc dicit et hoc ille acriculus me audiente Athenis 38
senex Zeno, istorum acutissimus, contendere et magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus frueretur confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae dolore non interveniente aut si interveniret, si summus foret, futurum brevem, sin productior, plus habiturum iucundi quam mali; haec cogitantem fore beatum, praesertim si et ante perceptis bonis contentus esset et nec mortem nec deos extimesceret. Habes formam Epicuri vitae beatae verbis Zenonis expressam, nihil ut possit negari.

Quid ergo? Huiusne vitae propositio et cogitatio aut Thy- 18
estem levare poterit aut Aeetam, de quo paulo ante dixi, aut 39
Telamonem pulsum patria exsulantem atque egentem? in quo haec admiratio fiebat:

schönes Wortspiel, auf dem Doppelsinn von *malum* beruhend: äufseres Mifsgeschick — (wahres) Übel.

3. *Quas?* Über die Ellipse der Präpos. s. zu I. 39, 93: *Quod tandem.*

credo 'doch wohl', wie I. 22, 52.

quae — cogitentur 'welche — Gegenstände der Vorstellung sind'.

4. *rectene*, s. I. 27, 67 zu *poteme*; *isti*, die Epikureer.

7. *Zeno*, der Epikureer (mit dem Stoiker und dem Eleaten nicht zu verwechseln), den Cicero und Atticus in Athen gehört hatten, hatte nach de deor. n. I. 33, 93 etwas Streitsüchtiges und Bissiges in seinem Wesen; daher hier *acriculus*: das bissige Männchen.

contendere: streitend behaupten, bestehen auf —.

9. *aut in omni aut in magna parte vitae*, wie I. 1, 1.

10. *si summus foret* cet., vgl. II. 19, 44sq., und zu dem *si* in der Protasis und Apodosis ebds. 27, 67. *Forem* statt *essem* findet sich bei Cic. fast nur in Kondizionalsätzen.

14. *Habes*, s. z. I. 49, 119; *formam* 'das Bild = den Begriff'. Vgl. de off. I. 5, 14: *Formam quidem ipsam, Marce fili, et tamquam faciem honesti vides.* Ibid. 29, 103: *officii forma.* — Das Part. *expressam* kann durch die bloſse Präp. in wiedergegeben werden, wie V. 21, 62: *aptum* durch an.

16. *Quid ergo?* wie unten 20, 46 und I. 25, 61: *Quid igitur?*; *propositio* 'Vorstellung'.

17. *de quo paulo ante dixi*, näml. 12, 26. Man sollte *de quibus* erwarten, da auch dort von beiden die Rede war.

18. *Telamonem.* Zwölf Jahre nach Beendigung des trojan. Krieges und Verstoſsung seines Sohnes Teucer wurde er samt seinem Bruder Peleus von dem Vater Äacus aus Ägina vertrieben, weil beide ihren Halbbruder Phocas ermordet hatten. — Durch *exsulantem a. e.* wird nicht *Telamonem* allein, sondern *Telamonem pulsum* näher bestimmt, daher nicht *et exs.*

in quo cet. Ebenso de fin. I. 2, 4:

Hicine est ille Télamon, modo quem glória ad caelum éxtulit,
Quem áspectabant, cúius ob os Graii óra obvertebánt sua?

40 Quod si cui, ut ait idem, *simul ánimus cum re cóncidit*, a gravibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis. Quam enim isti bonorum copiam dicunt? Fac sane esse summum bonum non dolere, quamquam id non vocatur voluptas, sed non necesse est nunc omnia; idne est, quo traducti luctum levemus? Sit sane summum malum dolere; in eo igitur qui non est, si malo careat, continuone fruitur summo
41 bono? Quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem cum os perfricuisti, soles dicere? Sunt haec tua verba necne? In eo quidem libro, qui continet omnem disciplinam tuam — fungar enim iam interpretis munere, ne quis me putet fingere —, dicis haec: ‘Nec equidem habeo quod intellegam bonum illud, detrahens eas voluptates, quae sapore percipiuntur, detrahens eas, quae auditu e cantibus, detrahens eas etiam, quae ex formis percipiuntur oculis, suavis motiones,

in quibus hoc primum est, in quo admirer. Vgl. I. 21, 48 zu *gloriari* u. V. 9, 24 zu *vexare*.

1. *Hicine* cet. Worte des Teucer aus dem ‘Eurysaces’ des Accius.

3. *cum re* = *cum re familiari.* Ter. Eun. II. 2, 10: *simul consilium cum re amisti?* Ovid. Pont. IV. 12, 47 sq.:

Crede mihi: miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumque fugit.

Auch in Prosa, z. B. in Cat. II. 5, 10: *Res eos iam pridem, fides nuper deficere coepit.*

4. *antiquis philosophis*, s. 17, 36 in. Zu *Fac* vgl. I. 34, 82, und über *sane* IV. 21, 48.

6. *summum bonum non dolere.* Epikur. bei Diog. L. X. 128: *Τοῦτον χάριν ἅπαντα πράττομεν, ὅπως μήτε ἀλγῶμεν μήτε ταρβῶμεν.*

7. *nunc omnia*, sc. *dicere.* So de deor. n. I. 8, 19: *Longum est ad omnia*; Tusc. d. I. 37, 90: *Quamquam hoc quidem nimis saepe.*

10. *Quid tergisversamur* cet. Sinn: Wenn du an der einen Stelle die *voluptas* durch *non dolere* erklärst, so sind das nur Ausflüchte, da du an anderen Stellen es offen gestehst, dafs du dir darunter, wie jeder andere, nur sinnliche Genüsse denkst. Durch *idem* wird auf diese doppelte Erklärung Epikurs hingewiesen.

11. *os perfricuisti. Os* (*frontem, faciem*) *perfr.*, eigentlich sich das Gesicht reiben, um durch Zurückdrängen des Blutes die Schamröte zu vertreiben; daher: ‘das Schamgefühl ablegen’.

12. *necne*, für *an non sunt*, sonst bei Cicero nur in indirekten Fragen.

In eo — libro, *περὶ τέλους* (§ 42: *de summo bono*). Die Stelle hiefs nach Athen. VII. p. 280: *Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις.* Fast wörtlich ebenso bei Diog. L. X. 6.

15. *bonum illud*, nämlich, wovon Epikur vorher gesprochen hatte.

17. *suavis motiones* ‘angenehme Eindrücke’.

sive quae aliae voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu; nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis. Laetantem enim mentem ita novi, spe eorum omnium, quae supra dixi, fore ut natura iis potiens dolore careat.' Atque 42
haec quidem his verbis, quivis ut intellegat quam voluptatem norit Epicurus. Deinde paulo infra: 'Saepe quaesivi' inquit 'ex iis, qui appellabantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent, nisi si vellent voces inanis fundere; nihil ab iis potui cognoscere. Qui si virtutes ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent nisi eam viam, qua efficiantur eae voluptates, quas supra dixi.' Quae sequuntur in eadem sententia sunt, totusque liber, qui est de summo bono, refertus est et verbis et sententiis talibus. Ad hancine igitur vitam Telamonem 43
illum revocabis, ut leves aegritudinem, et, si quem tuorum adflictum maerore videris, huic acupenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis, hydrauli hortabere ut audiat voces potius quam Platonis, expones quae spectet florida et varia, fasciculum ad naris admovebis, incendes odores, et sertis redimiri iubebis et rosa? Si vero aliquid etiam —, tum plane luctum omnem absterseris.

2. *solam*, erg.: und nicht auch die körperliche Lust; *esse* = *numerandam esse.*

3. Das restringierende *ita* nach *laetantem* weist auf das folg. *spe eorum omnium, quae supra dixi*, hin. Über die Kürze des Ausdr. in Definitionen s. zu 5, 11: *ulciscendi libido.*

4. *fore ut — careat* schliefst sich an *spe* an, ist also die Epexegese von *eorum omnium* cet.

5. *norit* = *intellegat.* So de fin. II. 3, 8: *verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum nosse quam ceteros.*

8. *voces inanis fundere*, griech. κενὰ φθέγγεσθαι; V. 26, 73: *inanis sonos fundere*; de fin. II. 15. 48: *voce inani sonare*; de or. I. 12, 51: *verborum vel optimorum — sonitus inanis.*

9. *virtutes ebullire et sapientias* 'den Mund vollnehmen mit Redensarten von Tugend und Weisheit' oder 'mit Redensarten — um sich werfen'. So de fin. V. 27, 80: *Dixerit Epicurus, semper beatum esse sapientem, — quod quidem solet ebullire non numquam.*

12. *totusque*, wie I. 34, 82 abschliefsend: und überhaupt d. ganze Buch; *qui est de* —, vgl. I. 11, 24.

15. *acupenserem*, Name einer bei den Römern in früherer Zeit sehr geschätzten Seefisches; vielleicht der Stör.

16. *hydrauli.* Die Wasserorgel wurde von dem Mechaniker Ctesibius aus Alexandria um 140 v. Chr. erfunden und von seinem Schüler Heron beschrieben.

17. *fasciculum* sc. *florum.*

18. *odores* (effectus p. causa) = *suffimenta*, wie V. 21, 62; *et sertis — rosa* scheint ein jambischer Senar zu sein.

19. *si vero aliquid etiam* —, Aposiopesis, in Bezug auf die ἀφροδίσια (vgl. § 41); 20, 46 steht dafür *corporum complexum.* Mit *absterseris* vgl. I. 13, 30: *sustuleris.*

19 44 Haec Epicuro confitenda sunt aut ea, quae modo expressa ad verbum dixi, tollenda de libro vel totus liber potius abiciundus; est enim confertus voluptatibus. Quaerendum igitur quem ad modum aegritudine privemus eum, qui ita dicat:

— pol mihi fortuna mágis nunc defit quám genus.
Námque régnum súppetebat mi, út scias, quanto é loco,
Quántis opibus, quíbus de rebus lápsa fortuna áccidat.

Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat, aut aliquid eius modi?

Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta:

Ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae.

Huic subvenire debemus; quaerit enim auxilium:

Quid petam praésidi aut éxsequar, quóve nunc
Aúxilio éxsili aút fuga fréta sim?
Árce et urbe órba sum. Quo áccidam? quo ápplicem?
Cui nec arae pátriae domi stant, fráctae et disiectae iacent,
Fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes
Déformati atque ábiete crispa —.

4. *aegritudine privemus* = *levemus*. Auch *dolore, molestia, exsilio, iniuria privare alqm.* sagt Cicero.

eum, qui cet. Wahrscheinlich Thyestes, indem die obigen Verse vielleicht den 12, 26 angeführten *Tantalo — nuptiis* unmittelbar vorangingen. Zu *magis* und *quibus* vgl. II. 15, 36: *Quibus.*

5. *defit*, passivische Form von *deficit* = *deest*, wie bei Accius (Ribbeck, Trag. Rom. fragm. sec. cur. p. 181): *disertim id unum incommodis defit meis.*

7. *accidat* 'zu Boden sinkt', nicht *occidat*, wegen des vorhergehenden *quanto e loco* cet.; vgl. unten *Quo accidam?*

8. *impingendus*, in selt. Bedeut. = *obtrudendus*, wie ad Att. VI. 1, 6: *epistolam alicui impingere.* Zu *aut aliquid* vgl. I. 30, 74: *aut ab aliqua potestate.*

10. *Ecce tibi*, vgl. z. I. 44, 106: *Ecce* und de off. III. 21, 83: *Ecce tibi, qui rex populi Romani dominusque omnium gentium esse concupiverit.*

ab eodem poëta, sc. *inducitur*, wozu dann *egens* Subjekt ist: 'eine welche —'.

11. *Ex* (nach Verlust) *opibus* bis *turpari*, Worte der Andromache aus Ennius' gleichnam. Stücke. Zu der Allitteration *opibus — opis* und den mehrfachen in den folgenden Versen vgl. I. 35, 85 zu *vi vitam evitari.*

13. *Quid petam* cet. Zunächst drei Cretici tetram. *Petam* ist synonym von *exsequar* (= *sequar*).

14. *Auxilio* lies dreisilbig: *Auxiljo* (wie nachher *abiete*). Der Hiatus ist vor der Arsis im Verse nicht anstößig. *Quove auxilio exsili aut fuga* ist Umschreibung für *Quove exsilio* (Zuflucht in der Fremde). Vgl. 14, 29: *exsilio maestam fugam.*

15. *Quo* (*accidam*) = *ad cuius genua; quo applicem*, hier Verb. neutr., wie I, 44, 107: *recipere.*

16. *Cui* cet., Troch. tetram. catal.; *domi*, wie I. 44, 105: *enim.*

17. *deflagrata*, vgl. in Cat. IV. 6, 12: *in cinere deflagrati imperii.* Sonst kommt dies Wort in der klass. Zeit nur als Intrans. vor.

18. *abiete crispa*, malerisch: 'mit rauh gebranntem Fichtenstamm'.

Scitis quae sequantur, et illa in primis:

O páter, o patria, o Priami domus,
Saeptum áltisono cardine templum,
Vidi égo te, astante ope bárbarica,
Tectis caelatis, láqueatis,
Auro, ébore instructam régifice.

O poëtam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis 45
contemnitur. Sentit omnia repentina et necopinata esse graviora. Exaggeratis igitur regiis opibus, quae videbantur sempiternae fore, quid adiungit?

Haec ómnia vidi inflámmari,
Priamó vi vitam evitari,
Iovis dram sanguine túrpari.

Praeclarum carmen! Est enim et rebus et verbis et modis lu- 46
gubre. Eripiamus huic aegritudinem. Quo modo? conlocemus in culcita plumea, psaltriam adducamus, hedychri incendamus scutellam, dulciculae potionis aliquid videamus et cibi. Haec tandem bona sunt, quibus aegritudines gravissimae detrahantur. Tu enim paulo ante ne intellegere quidem te alia ulla dicebas. Revocari igitur oportere a maerore ad cogitationem bonorum conveniret mihi cum Epicuro, si quid esset bonum conveniret.

Dicet aliquis: Quid ergo? tu Epicurum existimas ista vo- 20
luisse aut libidinosas eius fuisse sententias? Ego vero minime;

2. *O pater* cet., Anap. dim. Der Vater der Andromache war Eetion, König von Theben in Cilicien (Hom. Il. VI. 414 fg.), dessen Stadt Achilles zerstörte. Übrigens vgl. I. 35, 85.

3. *Saeptum — templum*, Apposition zu *domus*; *altisono cardine* für *porta* (pars p. toto). Vgl. Hom. Od. IV. 72: *δώματα ἠχήεντα.*

4. *barbarica* (vom Standpunkte des römischen Dichters) = *Troica* od. *Phrygia.*

6. *regifice*, wie I. 28, 69: *laetificus.*

7. *his cantoribus Euphorionis* 'den jetzigen Nachbetern des E.'. E. aus Chalcis, Bibliothekar Antiochus des Grofsen, gehörte als Dichter zur alexandrinischen Schule: gelehrter und weniger natürlich als die ältern Römer (daher später auch des Tiberius Lieblingsdichter); de divin. II. 64, 132: *nimis obscurus.* Cicero urteilt über die späteren grăcisierenden Dichter überhaupt ungünstig.

9. *exaggeratis*, hier = *praedicatis, elatis.*

11. *Haec omnia* cet., s. I. 35, 85.

15. *huic*, näml. der Andromache.

16. *hedychri*: ein bes. in Kos bereitetes Räucherwerk. Dioscor. I. 61: *καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἡδύχροον, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἴσχεται δυνάμεώς τε καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακίνῳ, εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει.*

17. *videamus* = *provideamus.* So ad Att. V. 1, 3: *ut prandium nobis videret.*

19. *ne intellegere quidem te.* Zur Wortstellung vgl. § 47: *ne suspicari quidem se.*

22. *Dicet aliquis*, zur Einführung eines fremden Einwurfs. Es

video enim ab eo dici multa severe, multa praeclare. Itaque, ut saepe dixi, de acumine agitur eius, non de moribus; quamvis spernat voluptates eas, quas modo laudavit, ego tamen meminero quod videatur ei summum bonum. Non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanavit quid diceret. 'Saporem' inquit 'et corporum complexum et ludos atque cantus et formas eas, quibus oculi iucunde moveantur.' Num fingo, num mentior? Cupio refelli; quid enim laboro, nisi ut veritas in omni quaestione
47 explicetur? At idem ait non crescere voluptatem dolore detracto summamque voluptatem esse nihil dolere. Paucis verbis tria magna peccata. Unum, quod secum ipse pugnat. Modo enim ne suspicari quidem se quicquam bonum, nisi sensus quasi titillarentur voluptate; nunc autem summam voluptatem esse dolore carere. Potestne magis secum ipse pugnare? Alterum peccatum, quod, cum in natura tria sint, unum gaudere, alterum dolere, tertium nec gaudere nec dolere, hic primum et tertium putat idem esse nec distinguit a non dolendo voluptatem. Tertium peccatum commune cum quibusdam, quod cum virtus maxime expetatur eiusque adipiscendae causa philosophia quaesita sit, ille a virtute summum bonum separavit.

48 At laudat saepe virtutem. Et quidem C. Gracchus, cum

wird auch eingeschoben; s. 23, 55. So auch II. 25, 60: *Dices.*

4. *verbo*, s. z. II. 12, 28.

5. *posuit*, s. z. 6, 13.

Saporem — moveantur, vgl. 18, 41: wegen *et — atque — et*: I. 40, 95: *totamque* cet.

9. *non crescere voluptatem dolore detracto.* Dafs die ἡδονὴ nicht steigerungsfähig sei, ist allerdings eine Behauptung von Epikur in den κύριαι δόξαι: οὐκ ἐπαύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκί, ἐπειδὰν ἅπαξ τὸ κατ' ἐνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται im Gegensatze zu Plato (der daraus, dafs der sinnliche Genufs Verminderung und Steigerung zulasse, den Schlufs zog, dafs derselbe nicht das höchste Gut sein könne). Aber alles, was Cicero weiter sagt, bezieht sich nur auf die folgenden Worte: *summam voluptatem esse nihil dolere.* Wahrscheinlich hat er eine gröfsere Stelle im Zusammenhange vor sich gehabt, aus Flüchtigkeit aber die nicht hierher gehörigen Worte mit abgeschrieben.

11. *Unum — Alterum — Tertium.* So, nicht mit *primus, secundus, tertius*, pflegt Cicero die einzelnen Glieder eines vorher angegebenen Ganzen aufzuzählen. Vgl. V. 24, 68; unten 22, 52 steht dafür sehr ungewöhnlich *primum — deinde.*

12. *suspicari*: § 41 u. 46 wird dafür das stärkere *intellegere* gesagt.

quasi titillarentur, Übersetzung von Epikurs γαργαλίζω, γαργαλισμός. So Cat. M. 14, 47: *tanta quasi titillatio.*

6. *a non dolendo.* S. zu I. 43, 102: *de nihil sentiendo.*

18. *commune cum quibusdam*, sc. *philosophis*; eigentlich mit allen aufser den Stoikern.

21. *At laudat* cet. Einwand aus dem Sinne der Epikureer, wozu *Et*

largitiones maximas fecisset et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Quid verba audiam, cum facta videam? Piso ille Frugi semper contra legem frumentariam dixerat. Is lege lata consularis ad frumentum accipiundum venerat. Animum advertit Gracchus in contione Pisonem stantem; quaerit audiente populo Romano qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. 'Nolim' inquit 'mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat, sed, si facias, partem petam.' Parumne declaravit vir gravis et sapiens lege Sempronia patrimonium publicum dissipari? Lege orationes Gracchi, patronum aerarii esse dices. Negat Epicurus iucunde posse vivi, nisi cum virtute 49
vivatur, negat ullam in sapientem vim esse fortunae, tenuem victum antefert copioso, negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho digna, sed cum voluptate pugnantia. — Non istam dicit voluptatem. — Dicat quamlibet; nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. Age, si voluptatem non intellegimus, ne dolorem quidem? Nego igitur eius esse, qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis.

21
Et queruntur quidam Epicurei, viri optimi — nam nullum 50
genus est minus malitiosum —, me studiose dicere contra Epicu-

quidem ('Ganz recht, auch —') Ciceros spöttische Entgegnung ist. — Sinn des Folgenden: Da E. das höchste Gut in die Lust setzt, so ist ihm die Tugend nicht das höchste Gut, und seine Lobreden auf diese sind eine Inkonsequenz.

C. Sempronius Gracchus setzte 123 v. Chr. unter andern das Gesetz (*lex Sempronia frumentaria*) durch, dafs von den Bürgern der Stadt jeder, der es wünschte, von dem öffentlichen Getreide eine bestimmte Quantität zu 6⅓ As für den Modius, d. h. kaum für die Hälfte eines niedrigen Durchschnittspreises, erhalten sollte. Daher die Getreidemagazine des Staates: *horrea Sempronia.*

3. *Piso ille Frugi*, s. 8, 16. Cicero erzählt den folgenden Umstand nur zur Bestätigung seines eigenen Urteils über Gracchus. Vgl. p. Sest. 48, 103: *Frumentariam legem C. Gracchus ferebat. — Repugnabant boni, quod — aerarium exhauriri videbant.*

7. *mea bona*, insofern er als Bürger Anteil an dem öffentlichen Vermögen hat.

10. *Lege — dices*; s. I. 13, 30 zu *Tolle — sustuleris.* Über des Gracchus Reden vgl. Brut. 33.

12. *tenuem victum* 'schmale Kost', griech. *λεπτὴ δίαιτα.* Vgl. V. 32, 89.

14. *omnia — digna*, s. z. I. 43, 102: *rem non difficilem.*

16. *nempe = certe, δήπου*, 'doch wohl'.

Age cet. Sinn: Angenommen, wir verständen nicht, was E. *voluptas* nennt, so ist doch wohl die Bedeutung von *dolor* unzweifelhaft; da er nun diesen das gröfste Übel nennt, so ergiebt sich, dafs ihm die *voluptas* und nicht die Tugend das gröfste Gut ist.

20. *Et*, s. z. 16, 35; *Epicurei*, Römer, die dem Epikureismus huldigen.

viri optimi, s. zu II. 19, 44.

21. *studiose* 'leidenschaftlich' =

rum. Ita, credo, de honore aut de dignitate contendimus. Mihi summum in animo bonum videtur, illi autem in corpore, mihi in virtute, illi in voluptate. Et illi pugnant et quidem vicinorum fidem implorant; multi autem sunt qui statim convolent. Ego sum is, qui dicam me non laborare, actum habiturum quod ege-
51 rint. Quid enim? de bello Punico agitur? de quo ipso cum aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio umquam fuit. Hi nimis iracunde agunt, praesertim cum ab iis non sane animosa defendatur sententia, pro qua non in senatu, non in contione, non apud exercitum neque ad censores dicere audeant. Sed cum istis alias, et eo quidem animo, nullum ut certamen instituam, verum dicentibus facile cedam. Tantum admonebo, si maxime verum sit ad corpus omnia referre sapientem sive, ut honestius dicam, nihil facere nisi quod expediat, sive omnia referre ad utilitatem suam, quoniam haec plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.

22 52 Cyrenaicorum restat sententia, qui tum aegritudinem censent exsistere, si necopinato quid evenerit. Est id quidem magnum, ut supra dixi, etiam Chrysippo ita videri scio, quod provisum ante non sit, id ferire vehementius; sed non sunt in hoc

iracunde § 51. Vgl. Tacitus ann. I. 1: *sine ira et studio.*

1. *Ita, credo*, scil. *studiose*, mit ironischer Geringschätzung: So verfährt man doch wohl nur, wenn es sich um Ehrenstellen und Würden im Staate handelt, nicht aber einem Epikur gegenüber und in einer philos. Diskussion.

3. *Et illi pugnant*, wie oben: *Et queruntur*; Sinn: Sie gerade streiten, die sich über meine Streitsucht beklagen.

vicinorum, der ähnlich gesinnten Philosophen; *fidem*: Schutz, Hilfe,

5. *actum habiturum* 'indem ich das als abgemacht ansehen und mich darüber hinwegsetzen werde'.

6. *Quid enim*, s. z. IV. 4, 8.

7. *L. Cornelius Lentulus Lupus*, 156 Konsul, war also gegen den 3. punischen Krieg.

8. *iracunde*, vgl. IV. 23, 51; *praesertim cum* — 'was um so mehr hervorgehoben werden mufs, d. h. um so auffälliger ist, da—'. Ebenso V. 26, 73: *cum praesertim omne malum dolore definiat.* In solchen Fällen kann *praesertim cum* (*cum praes.*) durch 'obgleich' übersetzt werden.

9. *non sane*, wie 10, 22; *animosa* 'Mut erfordernd'.

12. *verum* vor *dicentibus* ist Adjektiv. Cic. deutet damit an, dafs er keiner einzelnen Schule angehören wollte.

Tantum wie I. 13, 29.

13. *si maxime* = *si modo*: wenn wirklich.

15. *plausibilia* = *plausum multitudinis habentia.*

16. *in sinu gaudeant* 'sich im stillen freuen'. Ebenso Prop. II. 25, 30: *In tacito cohibe gaudia clausa sinu.* Ursprünglich ist der *sinus togae* gemeint, in welchem der Römer Mund und Hand verbergen konnte.

17. *Cyrenaicorum*, s. II. 6, 15 zu *Aristippus*, und III. 13, 28.

19. *Chrysippus*, Stoiker; s. zu I. 45, 108. Die Schrift hiefs: *περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν εἰσαγωγή.*

omnia. Quamquam hostium repens adventus magis aliquanto conturbat quam exspectatus, et maris subita tempestas quam ante provisa terret navigantis vehementius, et eius modi sunt pleraque. Sed, cum diligenter necopinatorum naturam consideres, nihil aliud reperias nisi omnia videri subita maiora, et quidem ob duas causas, primum quod quanta sint quae accidunt considerandi spatium non datur, deinde, cum videtur praecaveri potuisse, si provisum esset, quasi culpa contractum malum aegritudinem acriorem facit. Quod ita esse dies declarat, quae procedens ita 53
mitigat, ut isdem malis manentibus non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur. Karthaginienses multi Romae servierunt, Macedones rege Perse capto; vidi etiam in Peloponneso, cum essem adulescens, quosdam Corinthios. Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare: *Haec omnia vidi* —, sed iam decantaverant fortasse. Eo enim erant voltu, oratione, omni reliquo motu et statu, ut eos Argivos aut Sicyonios diceres, magisque me moverant Corinthi subito aspectae parietinae quam ipsos Corinthios, quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Legimus librum Clitomachi, quem ille eversa Karthagine 54
misit consolandi causa ad captivos civis suos; in eo est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium rettulisse. Cum

4. *consideres*, s. z. I. 36, 87: *habeas*.

7. *deinde, cum videtur* cet. Dieser zweite Grund wird im folgenden nicht weiter berücksichtigt. Über *primum — deinde* s. zu 20, 47: *Unum — Alterum*, und zu dem Übergang in den Hauptsatz vgl. I. 1, 1: *non quia — sed*.

9. *dies*, wie 16, 35.

12. *Perse capto*, durch L. Aemilius Paulus 168, infolge der Schlacht bei Pydna. (Bei Cic. stets *Perses* für *Perseus*; vgl. V. 40, 118.)

cum essem adulescens. Cicero kam 79 v. Chr. nach Griechenland, kann also wohl noch einzelne Kriegsgefangene von 146 her (denn darauf deutet *servire* hin) gesehen haben.

14. *illa de Andromacha* 'jene Worte aus der Andromache' (19, 45). So de off. III. 21, 82: *Graecos versus de Phoenissis*, de rep. I. 18, 30: *illa de Iphigenia Achillis* (die Worte des A. aus der 'Iphigenia').

decantaverant, hier = *cantare* (*deplorare*) *desierant*.

16. *Argivos aut Sicyonios*, denen kein solches Unglück begegnet war.

17. *parietinae* (od. *diruti muri*, *diruta moenia*) der echt lat. Ausdruck für 'Ruinen'.

18. *callum — obduxerat*, vgl. II. 15, 36.

19. *Clitomachus* aus Karthago, ursprünglich Hasdrubal genannt, des Carneades Schüler und Nachfolger in der Leitung der Akademie.

21. *Carneades*, geb. 214 zu Cyrene, Stifter der neuen Akademie, bekämpfte vorzüglich die Stoiker und deren Haupt Chrysippus, der gleichzeitig mit ihm in Athen lehrte (s. 25, 59 und V. 29, 83), und war 155 Mitglied der Gesandtschaft nach Rom (s. Einl. u. IV. 3, 5). Schriften von ihm selbst gab es nicht.

commentarius = ὑπόμνημα: Notizbuch, Heft.

ita positum esset, videri fore in aegritudine sapientem patria capta, quae Carneades contra dixerit scripta sunt. Tanta igitur calamitatis praesentis adhibetur a philosopho medicina, quanta inveteratae ne desideratur quidem, nec, si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset, volneribus mederetur, sed cicatricibus. Sensim enim et pedetemptim progrediens extenuatur dolor, non quo ipsa res immutari soleat aut possit, sed id, quod ratio debuerat, usus docet, minora esse ea, quae sint visa maiora.

23 Quid ergo opus est, dicet aliquis, ratione aut omnino consolatione illa, qua solemus uti, cum levare dolorem maerentium volumus? hoc enim fere tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri; aut qui tolerabilius feret incommodum qui cognoverit necesse esse homini tale aliquid accidere? Haec enim oratio de ipsa summa mali nihil detrahit, tantum modo adfert, nihil evenisse quod non opinandum fuisset. Neque tamen genus id orationis in consolando non valet, sed id haud sciam an plurimum. Ergo ista necopinata non habent tantam vim, ut aegritudo ex iis omnis oriatur; feriunt enim fortasse gravius, non id efficiunt, ut ea, quae accidant, maiora videantur; quia recentia sunt, maiora videntur, non quia repentina.

1. *positum esset*, s. zu I. 4, 7.

2. *calamitatis praesentis*, echt lat. nicht an das Verbum, sondern an den Objektsbegriff angeschlossen. So finden sich mit dem Gen. statt mit dem deutschen Dat. verbunden: *finem facere*, ganz gewöhnlich; ferner: *fidem facere* (*orationis*, de or. III. 27, 104), *praestringere oculos* (Cat. M. 12, 42), *eripere pecuniam* (p. Quinct. 11, 39), *decernere praemia virtutis* (de. or. II. 85, 347) u. a.

5. *mederetur*, lebhafter als *medicatus esset*. Cicero versetzt sich in die Zeit, wo die Karthager die Schrift erhielten. Vgl. I. 12, 27: *haereret*.

7. *non quo — sed*, vgl. § 52: *primum quod — deinde*.

10. *ratione* ‘Aufzählung von Vernunftgründen’.

13. *tolerabilius*, hier aktiv, für *tolerantius*; wie de fin. III. 13, 42: *si dolores eosdem tolerabilius patiuntur*. So kommen auch andere Adj. auf *bilis* vor, wie z. B. de deor. n. II. 36, 91: *animabilis*: belebend; ebds. 39, 98: *insatiabilis*, III. 12, 29: *patibilis*; Hor. od. I. 3, 22: *dissociabilis* u. a.

16. *adfert* = *dicit*, wie I. 29, 70.

17. *genus id orationis* ‘eine Rede dieser Art’. So häufiger als *eius generis orationem*.

id haud sciam an cet., scil. *faciat*, d. i. *valeat*. *Haud sciam an* ist eine noch bescheidenere Form der Bejahung als *haud scio an*. Ebenso de or. I. 60, 255; II. 4, 18; 17, 72; 52, 209.

19. Hiermit beschliefst Cic. (oder sein Gewährsmann) rekapitulierend die Erörterung über die Cyrenaiker, um zu der ihm geläufigeren Doktrin der Stoiker überzugehen. Aber wenn die Lesart richtig ist, steht dieser Gedanke mit der zweiten Hälfte von § 52 im Widerspruch, welcher nur dadurch einigermafsen gehoben wer-

Duplex est igitur ratio veri reperiendi, non in iis solum, 56
quae mala, sed in iis etiam, quae bona videntur; nam aut ipsius rei natura qualis et quanta sit quaerimus, ut de paupertate non numquam, cuius onus disputando levamus, docentes quam parva et quam pauca sint quae natura desideret, aut a disputandi subtilitate orationem ad exempla traducimus. Hic Socrates commemoratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud:

Saépe est etiam súb palliolo sórdido sapiéntia.

Cum enim paupertatis una eademque sit vis, quidnam dici potest quam ob rem C. Fabricio tolerabilis ea fuerit, alii negent se ferre posse? Huic igitur alteri generi similis est ea ratio con- 57
solandi, quae docet humana esse quae acciderint. Non enim id solum continet ea disputatio, ut cognitionem adferat generis humani, sed significat tolerabilia esse quae et tulerint et ferant ceteri. De paupertate agitur, multi patientes pauperes commemo- 24
rantur; de contemnendo honore, multi inhonorati proferuntur et quidem propter id ipsum beatiores, eorumque, qui privatum

den kann, dafs man zu *non id efficiunt* hinzuergänzt *ipsa per se*. Die ganze Stelle ist in der gegenwärtigen Fassung unklar und wahrscheinlich ungenau überliefert.

3. *qualis et quanta*, s. zu 5, 11: *quid et quale*.

de paupertate, wozu aus dem Vorhergehenden leicht *quaerimus* ergänzt werden kann; aber auch ohne Verbindung mit einem solchen Verbum *dicendi* od. *sentiendi* ist bisweilen *de* in der Bedeutung 'hinsichtlich, in Bezug auf' gebraucht worden, wie de or. III, 60, 224: *De quo illud iam nihil ad hoc praecipiendi genus*; de off. I. 15, 47: *De benivolentia autem .. primum illud est in officio*.

7. *Caecilianum illud*. Statius Cäcilius Insuber, nach Gell. XV. 24 der beste römische Komiker, fällt der Zeit nach zwischen Plautus und Terenz; er starb 168. Welchem Stücke von ihm das Citat angehört, ist unbekannt.

9. *una eademque*: nur eine und immer dieselbe; denn 'ein und derselbe' heifst lat. nur *idem*.

10. *C. Fabricius Luscinus* wies bekanntlich, 280 nach der Schlacht bei Heraclea zu Pyrrhus nach Tarent geschickt, das Gold desselben mit Verachtung zurück.

11. *Huic alteri generi* 'Weise zu belehren', näml. durch Beispiele.

13. *cognitionem gen. hum.*, mit Bezug auf § 55: *qui cognoverit necesse esse homini tale aliquid accidere*. Vgl. aufserdem zu 16, 34. — Durch *non solum — sed* (ohne *etiam*) wird das Erstere als weniger wichtig beiseite geschoben; vgl. 22, 53: *non modo . . sed*.

15. *De paupertate agitur*, = *cum — agitur*; s. z. II. 24, 58.

patientes pauperes. Da hier eine ganze Klasse von Menschen angeführt wird, so war die Substantivierung von *pauperes* und die Hinzufügung eines adjektiv. Attributs zu demselben möglich, wie de off. II. 20, 70: *omnes non improbi humiles — praesidium sibi paratum vident*; unten IV. 35, 74: *aegroti non convalescentes*.

commemorantur. Man beachte die Mannigfaltigkeit im Ausdruck: nachher *proferuntur — laudatur, nec siletur — praedicantur*.

otium negotiis publicis antetuleruut, nominatim vita laudatur, nec siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad
58 supremum diem perventurus. Similiter commemorandis exemplis orbitates quoque liberum praedicantur eorumque, qui gravius ferunt, luctus aliorum exemplis leniuntur; sic perpessio ceterorum facit ut ea, quae acciderint, multo minora quam quanta sint existimata videantur. Ita fit sensim, cogitantibus ut quantum sit ementita opinio appareat. Atque hoc idem et Telamo ille declarat:

Ego cum genui —

et Theseus:

Futúras mecum cómmentabar miserias,

et Anaxagoras: *Sciebam me genuisse mortalem.* Hi enim omnes diu cogitantes de rebus humanis intellegebant eas nequaquam pro opinione volgi esse extimescendas. Et mihi quidem videtur idem fere accidere iis, qui ante meditantur, quod iis, quibus medetur dies, nisi quod ratio quaedam sanat illos, hos ipsa natura, intellecto eo, quod rem continet, illud malum, quod opinatum sit esse maxumum, nequaquam esse tantum, ut vitam beatam
59 possit evertere. Hoc igitur efficitur, ut ex illo necopinato plaga maior sit, non, ut illi putant, ut, cum duobus pares casus evenerint, is modo aegritudine adficiatur, cui ille necopinato casus evenerit. Itaque dicuntur non nulli in maerore, cum de hac communi hominum condicione audivissent, ea lege esse nos natos, ut nemo in perpetuum esse posset expers mali, gravius etiam tulisse.

25 Quocirca Carneades, ut video nostrum scribere Antiochum,

1. *nominatim* 'mit Namennennung'.

2. *illud — anapaestum*, eigentl. Adjektiv (denn *anapaesticus* brauchen gute Schriftsteller so wenig wie *philosophicus* und *philologicus*, vgl. II. 16, 37: *sine anapaestis pedibus*), ergänze *carmen*. Agamemnon spricht bei Eurip. Iph. Aul. 15 sqq.:

— *Ζηλῶ σε, γέρον.*
Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής.
Τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἥσσον ζηλῶ.

5. *orbitates liberum* (dieselbe Form 9, 20) 'der Verlust von Kindern'. Beispiele dieser Art: 28, 70.

9. *Telamo ille*, s. 13, 28; *Theseus*: 14, 29; *Anaxagoras*: 14, 30.

15. *de rebus humanis*, nämlich über das mannigfache Unglück, das den Menschen treffen kann.

18. *dies*, wie 16, 35.

19. *quod rem continet*: 'worauf alles ankommt'. So IV, 10, 23: *ea, quae rem continent*; 31, 65: *una res videtur causam continere.*

opinatum sit, s. zu 11, 24.

21. *Hoc igitur effic.*, s. zu I. 8, 16.

22. *ut illi putant*, s. 22, 52.

28. *Carneades*, s. 22, 54.

video, anders IV. 3, 5: *Diogenem et Carneadem video — missos esse legatos*; 22, 50: *video utrumque*

reprendere Chrysippum solebat laudantem Euripideum carmen illud:

Mortális nemo est, quém non attingát dolor
Morbúsque; multis súnt humandi líberi,
Rursúm creandi, mórsque est finita ómnibus,
Quae géneri humano angórem nequiquam ádferunt.
Reddénda terrae est térra, tum vita ómnibus
Meténda, ut frúges. Sic iubet Necéssitas.

Negabat genus hoc orationis quicquam omnino ad levandam aegritudinem pertinere. Id enim ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus; nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum ad malivolos consolandos esse accommodatam. Mihi vero longe videtur secus; nam et necessitas ferendae condicionis humanae quasi cum deo pugnare prohibet admonetque esse hominem, quae cogitatio magno opere luctum levat, et enumeratio exemplorum non, ut animum malivolorum oblectet, adfertur, sed ut ille, qui maeret, ferundum sibi id censeat, quod videat multos moderate et tranquille tulisse. Omnibus enim modis fulciendi sunt qui ruunt nec cohaerere possunt propter magnitudinem aegritudinis; ex quo ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus quasi

60 61

cecidisse; 37, 79: *ut Alexandrum videmus.*

Antiochus aus Ascalon, Schüler (aber nicht Nachfolger) des Philo, bemühte sich die stoische und peripat. Lehre mit der akad. auszugleichen; *nostrum*, weil Cic. und Brutus ihn in Athen hörten; vgl. V. 8, 22.

1. *Chrysippus*, s. zu I. 45, 108.

Eurip. carmen (wie I. 16, 37), nach Stob. serm. 106 aus der 'Hypsipyle', bei Nauck fr. 757 p. 468:

Ἔφυ μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν
Θάπτει τε τέκνα, χἀτερ' αὖ σπείρει νέα,
Αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

5. *est finita* = *definita, constituta*; wie de leg. II. 26, 66: *Sepulcris novis finivit modum*; Caes. B. G. VI. 18: (*Galli*) *spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt.*

7. *tum* reiht hier nur das Folgende an das Vorhergehende an; ferner; Cicero scheint das δὲ des Originals nicht genau aufgefafst zu haben.

vita — metenda. Vgl. Hor. ep. II. 2, 178: *si metit Orcus grandia cum parvis.*

12. *ex commemoratione*, sc. *petitam* od. *profectam*, vgl. z. I. 22, 51: *sine corpore* und unten 26, 62: *Ex hac opinione.*

13. *malivolos* 'Schadenfrohe'.

15. *admonetque* 'erinnert einen, dafs man —'. Vgl. auch zu I. 29, 71: *adhibuitque.*

20. *nec cohaerere* 'in sich keinen Halt haben'. Das Bild ist von Gebäuden entlehnt; so de har. resp. 27, 60: *vix haec, si undique fulciamus, cohaerebunt.* Vgl. V. 28, 80.

21. *quasi solutionem.* So auch Plat. Crat. p. 419 c: ἡ λύπη ἀπὸ

solutionem totius hominis appellatam putat; quae tota poterit evelli explicata, ut principio dixi, causa aegritudinis; est enim nulla alia nisi opinio et iudicium magni praesentis atque urgentis mali. Itaque et dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perfertur spe proposita boni, et acta aetas honeste ac splendide tantam adfert consolationem, ut eos, qui ita vixerint, aut non attingat aegritudo aut perleviter pungat animi dolor.

26 62 Sed ad hanc opinionem magni mali cum illa etiam opinio accessit, oportere, rectum esse, ad officium pertinere ferre illud aegre, quod acciderit, tum denique efficitur illa gravis aegritudinis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, paedores, muliebres laceratione genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. Hinc ille Agamemno Homericus et idem Accianus,

Scindens dolore identidem intonsam comam,

in quo facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu 63 capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur. Sed haec omnia faciunt opinantes ita fieri oportere. Itaque et Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset. At quam rhetorice, quam copiose,

τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος ἔοικεν ἐπονομασθῆναι, ἣν ἐν τούτῳ τῷ πάθει ἴσχει τὸ σῶμα. Im Etymologisieren verfuhren die Alten oft sehr willkürlich.

2. *ut principio dixi*: 10, 23,

3. *et — atque* (und nachher *et — ac*), s. zu I. 40, 95: *totamque.*

6. *aut — aut*, wie 17, 38.

10. *tum denique*, s. z. I. 13, 29.

11. *Ex hac op.*, vgl. z. I. 13. 30.

12. *paedores.* Auch Unsauberkeit (gewöhnlich *sordes*) gehörte bei den Alten zu den Zeichen tiefer Trauer. *muliebres lacerationes.* Eine *lex* XII. tabb. (de legg. II. 23, 59) sagt: *Mulieres genas ne radunto neve lessum funeris ergo habento.*

13. *Agamemno.* Bei Homer Il. X. 14. sq.:

Αὐτὰρ ὅτ' ἐς νῆάς τε ἴδοι καὶ λαὸν Ἀχαιῶν,
πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας.

Der latein. Vers ist wahrscheinlich aus Accius' *Νυκτηγερσία* (das Nachtwachen) entlehnt, einer Tragödie, zu der das 10. Buch der Ilias die Grundlage gab. — Zu *Homericus* und *Accianus* 'bei Homer — bei Accius' vgl. 27, 65: *ille Terentianus ipse se poeniens*; IV. 31, 67: *Naevianus ille Hector.*

16. *in quo.* So de off. I. 39, 139: *quod in multis licet dicere*; de orat. II. 61, 248: *ridiculum est illud Neronianum vetus in furaci servo.* Vgl. I. 36, 88 u. IV. 7, 16.

Bion, ὁ Βορυσθενίτης, um 300 v. Chr., Cyrenaiker, später Cyniker, war als satirischer Schriftsteller Lucians Vorbild. Vgl. Hor. epist. II. 2, 60.

18. *et Aeschines — invehitur*, in seiner Rede gegen Ctesiphon § 77. (Äschines, geb. 389, gest. 314 v. Chr., der beständige Gegner des Demosthenes). — *Et* ist hier particula pendens, wie 3, 5, welcher unten *Ex hoc evenit* cet. entspricht.

20. *hostias immolavisset*, näml. als Dankopfer für den Tod des Kö-

quas sententias colligit, quae verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intellegas. Quae nemo probaret, nisi insitum illud in animis haberemus, omnis bonos interitu suorum quam gravissime maerere oportere. Ex hoc evenit ut in animi doloribus alii solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte:

Qui miser in campis maerens errabat Aleis,
Ispe suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Et Nioba fingitur lapidea, propter aeternum, credo, in luctu silentium. Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam. Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix:

Cupído cepit miseram nunc me próloqui
Caelo dtque terrae Médeaï miserias.

27 64

Haec omnia recta, vera, debita putantes faciunt in dolore, maximeque declaratur haec quasi officii iudicio fieri, quod, si qui forte,

nigs Philipp. Das Opfern ist dem Griechen stets ein Ausdruck froher Empfindung. Vgl. aufserdem 15, 32: *venisset.*

1. *quae verba contorquet* 'schleudert er gegen ihn', mit einer vom Wurfspeer entlehnten Metapher, wie IV. 36, 77 u. de or. I. 57, 242: *a quo cum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit.*

2. *rhetor*, nicht = *orator*, sond. 'Redekünstler', bei Cicero nur von dem theoretisch gebildeten Meister gebraucht; vgl. de or. II. 3, 10: *unum putasti satis esse non modo in una familia rhetorem sed paene in tota civitate.*

5. *Homerus*, Il. VI. 201 f.:

ἦτοι ὁ καὶ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Die Aleïsche Ebene lag bei Mallos in Cilicien und hatte nach den Schol. z. Hom. l. l. ihren Namen eben ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου ἄλης. Die Trauer des Bell. bezog sich auf den Tod seiner beiden Kinder Isander und Laodamia, wovon Glaukos bei Hom. Il. VI. 155—205 erzählt.

8. *Et Nioba fingitur* cet. Auf das vorangegangene *ut — alii solitudines captent* sollte eigentlich folgen: *alii aeternum silentium servent, ut Nioba, quae idcirco, credo, lapidea fingitur.* Zur Sache vgl. Hom. Il. XXIV. 602 ff. u. Ovid. Met. VI. 146 ff.

9. *Hecubam.* Ov. Met. XIII. 549 ff.

11. *delectat*, nicht *delectet*, weil Cic. die bestimmte Person, welche er als Beispiel anführt, bereits im Sinne hatte.

12. *apud Ennium nutrix*, in der Medea exsul. Im Original, Eurip. Med. v. 46 sqq.:

Ἐγὼ γὰρ ἐς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος,
ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ
λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, δεσποίνης τύχας.

14. *Medea* wurde in Korinth um der Glauke, der Tochter des Königs Kreon willen, von Iason verstofsen und ermordete zur Rache dafür ihre gemeinsamen Kinder.

15. *vera* = *aequa, iusta*, wie 29, 73. Hor. epist. I. 7, 98: *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.*

16. *haec quasi officii* (Gen. obi.)

cum se in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, revocant se rursus ad maestitiam peccatique se insimulant, quod dolere intermiserint. Pueros vero matres et magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab iis factum est aut dictum, plorare cogunt. Quid? ipsa remissio luctus cum est consecuta intellectumque est nihil profici maerendo, nonne res
65 declarat fuisse totum illud voluntarium? Quid ille Terentianus 'ipse se poeniens', id est ἑαυτὸν τιμωρούμενος?

Decrévi tantispér me minus iniúriae,
Chremés, meo gnato fácere, dum fidm miser.

Hic decernit ut miser sit. Num quis igitur quicquam decernit invitus?

Maló quidem me quóvis dignum députem.

Malo se dignum deputat, nisi miser sit. Vides ergo opinionis esse, non naturae malum. Quid, quos res ipsa lugere prohibet? ut apud Homerum cotidianae neces interitusque multorum sedationem maerendi adferunt, apud quem ita dicitur:

Namque nimis multos atque omni luce cadentis
Cernimus, ut nemo possit maerore vacare.
Quo magis est aequum tumulis mandare peremptos
Firmo animo et luctum lacrimis finire diurnis.

66 Ergo in potestate est abicere dolorem, cum velis, tempori servientem. An est ullum tempus, quoniam quidem res in nostra potestate est, cui non ponendae curae et aegritudinis causa ser-

iudicio fieri = haec quasi officii servandi causa iudicantes a se fieri oportere.

1. *humanius*, hier = *moderatius*, vgl. II. 27, 65.

3. *intermiserint*, s. zu 3, 6.

4. *verbis — verberibus.* Dasselbe Wortspiel Ter. Heaut. II. 3, 115: *Tibi erunt parata verba, huic homini* (= *mihi*) *verbera.* Vgl. oben 19, 44: *opibus . . opis.*

7. *res declarat*: 'die Sache selbst (die Erfahrung) zeigt es'.

8. *ille Terentianus*: Menedemus, der seinen Sohn aus seinem Hause getrieben hat und nun Reue darüber empfindet.

9. *poeniens* für *puniens*, wie I. 44, 107.

id est s. τ.: 'denn nichts anderes bedeutet doch *s. τ.*' Man könnte *enim* hinter *id est* erwarten, wie V. 3, 9: *hos se appellare sapientiae studiosos, id est enim philosophos.* Jedoch vgl. I. 31, 75.

10. *Decrevi.* Heaut. I. 1, 95 sq.

11. *meo* einsilbig zu lesen.

14. *Malo* cet. ib. 83,

15. *deputat.* Cicero nimmt den Ausdruck des Terenz wieder auf; denn in der klass. Prosa wird dies Wort nicht gebraucht.

17. *apud Homerum*: Il. XIX. 226 ff.

19. *omni luce* 'täglich'; *lacrimis diurnis* 'Thränen eines Tages'.

25. *ponendae curae — causa.* Sinn: Man befindet sich niemals in einer Lage, welcher man sich nicht anbequemen könnte, um auf diese

viamus? Constabat eos, qui concidentem volneribus Cn. Pompeium vidissent, cum in illo ipso acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium circumfusos viderent, nihil aliud tum egisse, nisi ut remiges hortarentur et ut salutem adipiscerentur fuga; postea quam Tyrum venissent, tum adflictari lamentarique coepisse. Timor igitur ab his aegritudinem potuit repellere, ratio ab sapienti viro non poterit?

Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, 28
quam cum est intellectum nil profici et frustra esse susceptum? Si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest; voluntate igitur et iudicio suscipi aegritudinem confitendum est. Idque indi- 67
catur eorum patientia, qui cum multa sint saepe perpessi, facilius ferunt quicquid accidit, obduruisseque iam sese contra fortunam arbitrantur, ut ille apud Euripidem:

Si mihi nunc tristis primum inluxissét dies,
Nec tam aérumnoso návigavissém salo,
Essét dolendi caúsa, ut iniecto éculei
Frenó repente táctu exagitantúr novo;
Sed iám subactus miseriis obtórpui.

Defetigatio igitur miseriarum aegritudines cum faciat leniores,

Weise Sorge und Bekümmernis zu verscheuchen. Zu *quoniam* vgl. 7, 14 u. zu *ponere* I. 11. 24.

1. *Constabat*, Zu der Zeit, wo Pompejus auf der Flucht nach Ägypten durch die von Ptolemäus Auletes ihm entgegengeschickten Leute ermordet wurde, war die Erzählung in aller Munde.

5. *Tyrum*. Nach Liv. epit. lib. CXII flohen des Pompejus Wittwe Cornelia und sein Sohn Sextus nach Cypern. Sie wandten sich wahrscheinlich vorher nach Tyrus, welches auch Dio Cass. XLII. p. 324 als ihren Zufluchtsort nennt.

6. *igitur*, wie das häufigere *ergo*, s. z. I. 14, 31.

7. *ab sapienti viro*. Der grofsen Masse stellt er jetzt, zum Thema zurückkehrend (vgl. 4, 7), den Weisen entgegen.

8. *Quid est autem* cet. Weitere Ausführung des Satzes: *ratio — non poterit?*

9. *nil profici et — esse susceptum*. Zum ersteren ist *eo*, zum zweiten *eum* zu ergänzen.

10. *etiam non suscipi*, nicht *ne suscipi quidem*, weil *non suscipi* einen Begriff ausmacht = *evitari*.

11. *iudicio*: mit Vorbedacht, aus Grundsatz, wie de or. II. 3, 10: *sive iudicio . . sive pudore a dicendo refugisti*; ebds. III. 16, 59; 28, 110. Vgl. unten IV. 7, 14.

12. *multa — saepe*, s. I. 30, 74 zu *saepe multis*.

14. *apud Euripidem*. Wahrscheinlich aus dem 'Phrixus' des Euripides. Nauck fr. 848:

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κα-
κουμένῳ
Καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων
ἐνανστόλουν,
Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, οὐς νεόζυγα
Πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμέ-
νον·
Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυ-
κὼς κακῶν.

16. *aerumnoso salo = salo aerumnarum*.

20. *Defetigatio miseriarum* kann hier nur die auf der bereits gewon-

intellegi necesse est non rem ipsam causam atque fontem esse
68 maeroris. Philosophi summi nequedum tamen sapientiam consecuti nonne intellegunt in summo se malo esse? Sunt enim insipientes, neque insipientia ullum maius malum est; neque tamen lugent. Quid ita? Quia huic generi malorum non adfingitur illa opinio, rectum esse et aequum et ad officium pertinere aegre ferre, quod sapiens non sis, quod idem adfingimus huic
69 aegritudini, in qua luctus inest, quae omnium maxuma est. Itaque Aristoteles veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse, sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fore. Theophrastus autem moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset; quorum si aetas potuisset esse longinquior, futurum fuisse ut omnibus perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur se tum, cum illa videre coepisset, exstingui. Quid? ex ceteris philosophis nonne optumus et gravissumus quisque confitetur multa se ignorare et
70 multa sibi etiam atque etiam esse discenda? Neque tamen, cum se in media stultitia, qua nihil est peius, haerere intellegant, aegritudine premuntur; nulla enim admiscetur opinio officiosi

nenen Erkenntnis von der Nichtigkeit der *miseriae* beruhende Abhärtung od. Unempfindlichkeit gegen dieselben sein.

2. *sapientiam*: die vollkommene Weisheit, welche aufser den Stoikern niemand besitzt.

4. *neque tamen lugent*, vgl. II. 12, 28: *Quis igitur Epicurum* cet.

5. *generi mal.*, s. zu II. 4, 10.

7. *quod idem*, nämlich *rectum esse — aegre ferre*, ungenau statt *quam eandem.*

8. *luctus*, mit Bezug auf 26, 62 ff.; *quae omnium* cet., s. z. I. 25, 61: *quae investigat.*

9. *Aristoteles*, s. zu I. 4, 7.

11. *paucis annis*, nämlich seit Sokrates.

13. *Theophrastus*, s. zu I. 19, 45. Der bei den Anführungen leitende Gedanke ist das *neque tamen lugent* in § 68 (wiederholt im 1. Satze des § 70).

14. *cervis et cornicibus.* Ovid. Met. VII. 273:

Vivacisque iecur cervi, quibus insuper addit
Ora caputque novem cornicis saecula passae.

Vgl. auch I. 31, 77.

18. *Querebatur*, nach Diog. L. V. 41: Ἡμεῖς, ὁπότ' ἀρχόμεθα ζῆν, τότ' ἀποθνήσκομεν.

21. *etiam atque etiam*, eigentl. wieder und immer wieder, d. h. ununterbrochen: es versteht sich von selbst, dafs nicht immer dasselbe gelernt werden soll.

22. *intellegant.* Nach *quisque* und *uterque*, wie nach Subst. collect. (IV. 3, 6 *multitudo*) geht auch Cicero im folgenden Satze nicht selten in den Plural über.

23. *officiosi doloris*, wie p. Mil. 5, 12: *officiosi labores.*

doloris. Quid, qui non putant lugendum viris? qualis fuit Q. Maxumus efferens filium consularem, qualis L. Paulus duobus paucis diebus amissis filiis, qualis M. Cato praetore designato mortuo filio, quales reliqui, quos in Consolatione conlegimus. Quid hos 71
aliud placavit, nisi quod luctum et maerorem esse non putabant viri? Ergo id, quod alii rectum opinantes aegritudini se solent dedere, id hi turpe putantes aegritudinem reppulerunt. Ex quo intellegitur non in natura, sed in opinione esse aegritudinem.

Contra dicuntur haec: Quis tam demens, ut sua voluntate 29
maereat? Natura adfert dolorem, cui quidem Crantor, inquiunt, vester cedendum putat; premit enim atque instat, nec resisti potest. Itaque Oïleus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is cum audivisset de suo, fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur:

Nec véro tanta praéditus sapiéntia
Quisquam ést, qui aliorum aerúmnam dictis ádlevans
Non ídem, cum fortúna mutata impetum

1. *Quid, qui non putant —?* wie § 65: *Quid, quos — prohibet?* *Q. Fabius Maximus Cunctator.* Cat. M. 4, 12: *Multa in eo viro praeclara cognovi, sed nihil est admirabilius quam quo modo ille mortem filii tulit, clari viri et consularis. Est in manibus laudatio, quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus?* Der Sohn, Q., war 213 mit Tib. Sempronius Gracchus Konsul gewesen.

2. *L. Aemilius Paulus*, der Besieger des Perseus, verlor nach Liv. XLV. 40 u. 41 i. J. 167, gerade in den Tagen seines Triumphes, die beiden jüngsten seiner vier Söhne, im Knabenalter. (Vell. P. I. 10.)

3. *M. Porcius Cato Censorius* verlor seinen älteren Sohn M. P. C. Licinianus 152 v. Chr. Vgl. die schöne Stelle: Cat. M. 23, 84.

4. *in Consolatione*, s. zu I. 26, 65.

6. *id — id*, s. 8, 18 zu *ab eo*; *rectum opinantes* cet., wegen des Parallelismus mit dem folgenden Satze statt: *rectum opinantur, aegritudini se dedere.* Vgl. II. 26, 64: *captans delectet.*

9. *Contra dicuntur haec*, näml. v. d. Peripatetikern. Vgl. auch zu I. 4, 8.

10. *Crantor* (s. I. 48, 115) heifst *vester* als Mitglied der Akademie, der Cicero im Prinzip sich anschliefst. Vgl. III. 6, 12.

13. *de Aiacis morte*, s. zu I. 41, 98; *is* nimmt einen vorhergehenden Begr. (*Oileus*) wieder auf, wie § 71 das zweite *id*; vgl. 8, 18.

de suo, sc. *Aiace*; also: dafs auch sein Sohn tot sei. Er wurde auf der Rückkehr, wegen seiner gottlosen Reden, beim Stranden seiner Schiffe vom Poseidon vernichtet; s. Hom. Od. IV. 499 ff.

14. *sic dicitur*, in dem verlornen *Αἴας Λοκρός*, nach Stob. serm. 113 (bei Nauck fr. 662, p. 231):

Τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σοφωτάτους φρενί
Τοιούς δ' ἴδοις ἄν, οἷός ἐστι νῦν ὅδε,
Καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι·
Ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρίν
Μάστιγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον,

Convértat, clade súbita frangatúr sua,
Ut illa ad alios dícta et praecepta éxcidant.

Haec cum disputant, hoc student efficere, naturae obsisti nullo modo posse, et tamen fatentur graviores aegritudines suscipi, quam natura cogat. Quae est igitur amentia? ut nos
72 quoque idem ab illis requiramus. Sed plures sunt causae suscipiendi doloris. Primum illa opinio mali, quo viso atque persuaso aegritudo insequitur necessario; deinde etiam gratum mortuis se facere, si graviter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quaedam; existumant enim dis immortalibus se facilius satis facturos, si eorum plaga perculsi adflictos se et stratos esse fateantur. Sed haec inter se quam repugnent plerique non vident. Laudant enim eos, qui aequo animo moriantur; qui alterius mortem aequo animo ferant, eos putant vituperandos. Quasi fieri ullo modo possit, quod in amatorio sermone
73 dici solet; ut quisquam plus alterum diligat quam se. Praeclarum illud est et, si quaeris, rectum quoque et verum, ut eos, qui nobis carissimi esse debeant, aeque ac nosmet ipsos amemus; ut vero plus, fieri nullo pacto potest. Ne optandum quidem est in amicitia ut me ille plus quam se, ego illum plus quam me; perturbatio vitae, si ita sit, atque officiorum omnium consequatur.

Τὰ πολλὰ φροῦδα καὶ καλῶς σιρημένα. Der Übersetzer ist wohl Cic. selbst.

1. *convertat.* Der Modus ist durch den Konj. des übergeordneten Satzes *frangatur* beeinflufst, wie öfters auch bei Cic. selbst in Relativsätzen, vgl. V. 12, 35: *haberetur.*

2. *excidant*, d. i. *de memoria.*

5. *Quae — amentia?* im Rückblick auf *Quis tam demens* cet.

6. *Sed plures* cet. Cic. widerlegt nun die einzelnen Behauptungen der Perip., zunächst § 72 und 73 die, dafs aller Schmerz etwas Natürliches (nicht blofs auf der Vorstellung Beruhendes) sei.

7. *quo . . persuaso.* Vgl. II. 20, 47: *quod si tibi persuasum est.* Der Abl. jedoch ist nur infolge einer Attraktion zu *viso* hinzugefügt worden.

8. *deinde . . arbitrantur*, vgl. 22, 52.

12. *stratos.* Sonst kommt bei Cic. in übertragener Bedeutung nur *prostratus* vor, wie de or. II. 52, 211: *adflicta et prostrata virtus maxime luctuosa est.* Vgl. jedoch auch 11, 24: *citetur* statt *excitetur.*

inter se (für den Dativ des Reciprocums) *quam repugnent.* So selten für *inter se pugnare*, vgl. I. 7, 13.

16. *plus — diligat*, wie gleich nachher *ut vero plus (amemus)*, für *magis*, wie man auch im Positiv sagen kann: *multum aliquem diligere (amare).*

17. *si quaeris*, eigentl. 'wenn du die Sache recht untersuchst', daher: 'um aufrichtig zu sein, in der That'. So auch: *si quaerimus, si verum quaeris, verum si quaerimus.*

et verum, s. zu 27, 64; *ut* folgt, weil das Vorhergehende den Sinn hat von *Praeclare et recte quoque et vere fit.* Vgl. 31, 75: *Additur — ut.*

21. *consequatur*, Conj. potent. Übrigens vgl. I. 16, 36.

Sed de hoc alias; nunc illud satis est, non attribuere ad 30
amissionem amicorum miseriam nostram, ne illos plus quam
ipsi velint, si sentiant, plus certe quam nosmet ipsos diligamus.
Nam quod aiunt plerosque consolationibus nihil levari adiun-
guntque consolatorés ipsos confiteri se miseros, cum ad eos im-
petum suum fortuna converterit, utrumque dissolvitur; sunt enim
ista non naturae vitia, sed culpae. Stultitiam autem accusare
quamvis copiose licet. Nam et qui non levantur ipsi se ad mise-
riam invitant, et qui suos casus aliter ferunt, atque ut auctores
aliis ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores quam fere plerique, qui
avari avaros, gloriae cupidos gloriosi reprehendunt; est enim
proprium stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Sed 74
nimirum hoc maxumum est experimentum, cum constet aegri-
tudinem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed
in cogitatione diuturna. Nam si et eadem res est et idem est
homo, qui potest quicquam de dolore mutari, si neque de eo,
propter quod dolet, quicquam est mutatum neque de eo, qui dolet?
Cogitatio igitur diuturna nihil esse in re mali dolori medetur, non
ipsa diuturnitas.

Hic mihi adferunt mediocritates. Quae si naturales sunt, 31
quid opus est consolatione? natura enim ipsa terminabit mo-

1. *Sed de hoc alias.* Vgl. 5. 10: *Sed id alias.*

attribuere hier 'hinzufügen', kurz für: *satis est docere non attribuendam esse — miseriam nostram.*

4. *Nam quod aiunt*, Formel der *occupatio*, welche den Übergang zur nachträglichen Widerlegung eines anderen Einwandes der Peripatetiker (der 29, 71 in den Versen enthalten war) bezeichnet. Dieselbe Wendung oben 16, 35 u. 25, 60; IV. 23, 52 u. o.

6. *dissolvitur* 'zerfällt in sich'.

7. *naturae — culpae.* Derselbe Gegensatz IV. 37, 81: *Qui autem non natura, sed culpa vitiosi esse dicuntur.*

8. *quamvis copiose*, s. z. I. 21, 47.

non levantur 'sich nicht erleichtern lassen'.

ipsi se ad miseriam invitant. Vgl. 34, 82: *quadam invitatione* (scil. *sui*) *ad dolendum.*

9. *auctores — fuerunt.* So ad Att. XV. 5, 2: *mihique ut absim vehementer auctor est*; ad fam. VI. 8, 2: *a me consilium petis quid sim tibi auctor*, u. öfter.

10. *non vitiosiores* 'ebenso verkehrt'.

12. *aliorum vita* cet. Hor. serm. I. 3, 25 sq.:

Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

13. *nimirum* 'unzweifelhaft'; *hoc*, nämlich dafs die vorher erwähnten Fehler lediglich aus Thorheit begangen werden. Von *experimentum* ('Erfahrungsbeweis') hängt *hanc vim non esse* ab; vgl. zu 16, 34: *nihil esse.*

14. *in die*, vgl. 16, 35: *longinquitas et dies.*

20. *adferunt mediocritates*, sc. *Peripatetici*, s. 10, 22; *naturales*, wie die Peripatetiker behaupten.

21. *terminabit* (für *ponet* od. *fa-*

dum; sin opinabiles, opinio tota tollatur. Satis dictum esse arbitror aegritudinem esse opinionem mali praesentis, in qua opinione illud insit, ut aegritudinem suscipere oporteat.

75 Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa opinio praesentis mali sit recens. Hoc autem verbum sic interpretantur, ut non tantum illud recens esse velint, quod paulo ante acciderit, sed, quam diu in illo opinato malo vis quaedam insit, ut vigeat et habeat quandam viriditatem, tam diu appelletur recens. Ut Artemisia illa, Mausoli, Cariae regis, uxor, quae nobile illud Halicarnassi fecit sepulcrum, quam diu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit. Huic erat illa opinio cotidie recens; quae tum denique non appellatur recens, cum vetustate exaruit.

Haec igitur officia sunt consolantium, tollere aegritudinem funditus aut sedare aut detrahere quam plurumum aut suppri-
76 mere nec pati manare longius aut ad alia traducere. Sunt qui unum officium consolantis putent, malum illud omnino non esse, ut Cleanthi placet; sunt qui non magnum malum, ut Peripatetici; sunt qui abducant a malis ad bona, ut Epicurus; sunt qui satis putent ostendere nihil inopinati accidisse, ut Cyrenaici. Chrysippus autem caput esse censet in consolando detrahere

ciet) *modum*, s. zu I. 2, 5 und vgl. IV. 10, 23: *morbis corporum comparatur* (für *accommodatur*) *morborum animi similitudo*; or. 35, 122: *perorationem — concludere* statt *facere*.

1. *sin opinabiles*, näml. nach den Stoikern. *Satis dictum* cet. ist eine Form des Übergangs zu einem neuen Teile. Vgl. IV. 31, 65: *Ac de — hactenus*. Zu *aegritudinem esse opinionem mali* vgl. 11, 25.

3. *suscipere* wie 28, 66; 29, 71 u. 72; 32, 77; IV. 8, 17; vgl. auch de div. II. 54, 112: *ad deponendas potius quam ad suscipiendas religiones*.

4. *Additur a Zenone*, dem Stoiker; *ut* steht, weil eine Bedingung od. Forderung ausgesprochen wird.

5. *interpretantur*, sc. *Stoici*.

6. *illud recens esse velint*. Vgl. I. 10, 20: *duas partis ei parere voluit*.

8. *Artemisia* regierte von 353 — 351 v. Chr. Das Mausoleum wurde bekanntlich zu den Wunderwerken der alten Welt gezählt. Vgl. Herod. VII. 99; Val. Max. IV. 6, ext. 1; Plin. N. H. XXXVI. 5.

10. *quam diu vixit, vixit* —, s. 7, 14 zu *recipit, recipiat*.

12. *tum denique*, vgl. zu I. 13, 29: *exaruit*, dieselbe Metapher, die dem *habeat quandam viritatem* zu Grunde lag.

14. *aut sedare*: od. wenigstens —.

15. *manare*: um sich greifen, wie II. 27, 66; *ad alia traducere*, sc. *eos, qui in aegritudine sunt*.

16. *officium consolantis putent* cet. Aus *consolantis* ist *dicere* od. *docere* zu ergänzen, wie 32, 77: *tertia* (*medicina est*) *summam esse stultitiam*; IV. 38, 83: *animi morborum una sanatio est, omnis opinabilis esse*.

17. *Cleanthi*, s. zu II. 25, 60. Mit der wechselnden Konstruktion *ut Cleanthi placet — ut Peripatetici* (sc. *dicunt*) vgl. Acad. II. 39, 124: *ut Platoni placuit — ut Xenocrates*.

20. *Chrysippus*. Vgl. zu I. 45, 108 u. III. 22, 52.

illam opinionem maerenti, si se officio fungi putet iusto atque debito. Sunt etiam qui haec omnia genera consolandi colligant — alius enim alio modo movetur —, ut fere nos in Consolatione omnia in consolationem unam coniecimus; erat enim in tumore animus et omnis in eo temptabatur curatio.

Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis quam in corporum, ut Prometheus ille Aeschyli, cui cum dictum esset:

Atqui, Prometheu, te hóc tenere exístumo,
Medéri posse orátionem iracúndiae,

respondit:

Si quidém qui tempestívam medicínam ádmovens
Non ádgravescens vólnus inlidát manu.

Erit igitur in consolationibus prima medicina docere aut nullum malum esse aut admodum parvum, altera et de communi condicione vitae et proprie, si quid sit de ipsius, qui maereat, disputandum, tertia summam esse stultitiam frustra confici maerore, cum intellegas nil posse profici. Nam Cleanthes quidem sapientem consolatur, qui consolatione non eget. Nihil enim esse malum, quod turpe non sit, si lugenti persuaseris, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris; alienum autem tempus docendi. Et tamen non satis mihi videtur vidisse hoc Cleanthes,

32 77

1. *si — putet*, Epexegese zu *illam opinionem*. Vgl. zu I. 22, 52: *quo monet*.

3. *in Consolatione* = IV. 29, 63: *in Consolationes libro*. Vgl. III. 28, 70; I. 26, 65.

4. *in tumore* 'in Gährung, Aufregung', wie 12, 26. Vgl. IV. 29, 63.

6. *sumendum tempus*, man mufs die rechte Zeit wählen.

7. *Aeschyli*. Prom. vinct. 377 sqq. spricht Oceanus:

Οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνά-
σκεις, ὅτι
ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

und Prometheus antwortet:

Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ
καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναί-
νῃ βίᾳ.

cui cum — respondit, wie II. 8, 20: *cui cum — ait*.

10. In *orationem* ist *io* als eine Silbe zu lesen.

12. *Si quidem* 'ja wenn —', wie II. 17, 39; *qui* = *quis*.

14. *aut — aut*, wie 25, 61.

15. *altera*. Ergänze *dicere* oder *disputare* aus *docere*.

communi, deutsch Adv. = *communiter*.

18. *Nam*, s. zu 30, 73: *Nam quod aiunt*; es wird etwas Neues eingeführt.

21. *alienum tempus docendi*, nämlich so lange der Mensch von der Trauer oder überhaupt einem Affekt beherrscht wird. Über *persuaseris — detraxeris* vgl. zu II. 6, 16: *pertulerit*.

22. *videtur vidisse*. Dies die gewöhnliche Stellung bei der Verbindung dieser beiden Worte; nur wenn *videre* prägnant = *coram videre* ist, pflegt es voran zu stehen, z. B. de fin. V. 2, 4: *Modo enim fuit* (lebte) *Carneades, quem videre videor*.

suscipi aliquando aegritudinem posse ex eo ipso, quod esse summum malum [Cleanthes] ipse fateatur. Quid enim dicemus, cum Socrates Alcibiadi persuasisset, ut accepimus, eum nihil hominis esse nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum et quemvis baiolum interesse, cum se Alcibiades adflictaret lacrimansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet turpitudinemque depelleret, quid dicemus, Cleanthe? num in illa re,
78 quae aegritudine Alcibiadem adficiebat, mali nihil fuisse? Quid? illa Lyconis qualia sunt? qui aegritudinem extenuans parvis ait eam rebus moveri, fortunae et corporis incommodis, non animi malis. Quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitiisque constabat? Ad Epicuri consolationem satis est ante dictum.

88
79 Ne illa quidem firmissima consolatio est, quamquam et usitata est et saepe prodest: *Non tibi hoc soli.* Prodest haec quidem, ut dixi, sed nec semper nec omnibus; sunt enim qui respuant; sed refert quo modo adhibeatur. Ut enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo adfectus sit, praedicandum est. Chrysippi ad veritatem firmissima est, ad tempus aegritudinis difficilis. Magnum opus est probare maerenti

1. *aliquando* 'bisweilen'.

ex eo ipso, nämlich über die eigene sittliche Schlechtigkeit. Wer über diese sich bekümmert, für den ist natürlich Cl.'s Trost kein Trost.

2. *fateatur*, konzess.: was doch (nach Cic.'s Urteil) Cleanthes selbst anerkennt.

3. *Socrates Alcibiadi.* Augustin. de civ. D. XIV. 8: *Alcibiadem ferunt, cum sibi beatus videretur, Socrate disputante et ei, quam miser esset, demonstrante flevisse.* Entweder hat Cic. diese Anekdote aus einer uns verlornen Quelle entlehnt, oder Platos Darstellung (Alcib. I. p. 61 d oder Sympos. p. 215) auf seine Weise ausgeschmückt.

nihil hominis 'durchaus kein Mensch (wie er sein sollte)'.

5. *se — adflictaret*, für *adflictaretur* (27, 66), ist selten; ad Att. III. 12, 1: *Hic tu me accusas, quod me adflictem.*

9. *Lyconis.* L. aus Troas, Stratos' Nachfolger im Lyceum in Athen (also Peripatetiker), durch Beredsamkeit ausgezeichnet, schrieb über das höchste Gut und höchste Übel. Er starb 225 v. Chr. Vgl. Diog. L. V. 4.

11. *Quid ergo? illud — constabat?* Sinn: diese (des Lyco) Ansicht wird durch das erzählte Beispiel des Alcibiades schlagend widerlegt. Vgl. V. 5, 13: *Quid igitur?*

12. *Ad*, s. I. 4, 7 zu *ad id.*

15. *non tibi hoc soli*, sc. *accidit*; ein auch bei den Alten sehr gewöhnlicher Trostgrund. So Euripides:

Γίγνωσκε τἀνθρώπεια μηδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει, κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Ovid: *Solamen miseris socios habuisse malorum.*

16. *ut dixi*: 25, 60.

19. *praedicandum*, hier wie 24, 58 = *exponendum* od. *afferendum*; *Chrysippi*, sc. *consolatio*, s. 31, 76.

ad veritatem hier so viel wie 'in der Theorie, *in abstracto*'. Über *ad* 'in Hinsicht auf' bei Adjektiven s. II. 6, 15.

illum suo iudicio et, quod se ita putet oportere facere, maerere. Nimirum igitur, ut in causis non semper utimur eodem statu — sic enim appellamus controversiarum genera —, sed ad tempus, ad controversiae naturam, ad personam accommodamus, sic in aegritudine lenienda quam quisque curationem recipere possit videndum est.

Sed nescio quo pacto ab eo, quod erat a te propositum, ab- 80
erravit oratio. Tu enim de sapiente quaesieras, cui aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine, aut ita parvum malum, ut id obruatur sapientia vixque appareat, qui nihil opinione adfingat adsumatque ad aegritudinem, nec id putet esse rectum, se quam maxime excruciari luctuque confici, quo pravius nihil esse possit. Edocuit tamen ratio, ut mihi quidem videtur, cum hoc ipsum proprie non quaereretur hoc tempore, num quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset, tamen ut videremus, quicquid esset in aegritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario iudicio et opinionis errore contractum. Tractatum est 81
autem a nobis id genus aegritudinis, quod unum est omnium maxumum, ut eo sublato reliquorum remedia ne magno opere quaerenda arbitraremur.

Sunt enim certa, quae de paupertate, certa, quae de vita 34
inhonorata et ingloria dici soleant; separatim certae scholae sunt de exsilio, de interitu patriae, de servitute, de debilitate, de cae-

1. *suo iudicio*, vgl. 28, 66; unten § 80.

2. *eodem statu. Status*, jurist. term. techn. = *constitutio*, στάσις, bezeichnet den Standpunkt, von welchem aus eine Rechtssache behandelt wird. Vgl. Cic. Top. 25, 93.

7. *ab eo — aberravit.* Das ursprüngliche Thema (s. 4, 7) war: *Utrum cadat in sapientem aegritudo necne.* Cicero hat aber nach Erledigung dieser Frage auch über die Ursachen und die Behandlung der *aegritudo* gesprochen. — Ähnliche Formen des *reditus ad propositum*, in welchem *oratio* gewöhnlich personifiziert wird, finden sich unten IV. 2, 5; V. 23, 66; de or. II. 38, 157: *Sed ut eo revocetur, unde huc declinavit oratio* cet.

10. *obruatur* (im Vergleich mit der Weish. verschwindet) . . *appareat*, vgl. II. 27, 66; *qui* = *quippe qui.*

14. *num quod.* Vollständig: *num quod malum* (ein vermeintliches Übel) *esset malum* (ein wirkliches Übel), wie kurz vorher § 80: *cui aut malum videri nullum potest* cet.

15. *ut videremus* ist von *Edocuit tamen ratio* abhängig: 'eine folgerichtige Betrachtung hat uns zu der Einsicht geführt'; *tamen* wegen der durch die Zwischensätze unterbrochenen Konstruktion wiederholt.

17. *opinionis errore*, vgl. zu 5, 11: *mediocritatem officiorem*; 2, 4: *cursus errore.*

18. *id genus aegritudinis.* Cic. meint besonders die Bekümmernis über den Tod unserer Angehörigen. (Vgl. Kap. 26 u. 27.)

unum. Vgl. zu I. 12, 27: *unum illud*, u. II. 18, 43.

18. *ut — ne*, s. zu I. 32, 78.

22. *scholae*, vgl. I. 4, 7 u. 8.

citate, de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis. Haec Graeci in singulas scholas et in singulos libros dispertiunt; opus enim quaerunt; quamquam plenae disputationes delectationis
82 sunt. Et tamen, ut medici toto corpore curando minimae etiam parti, si condoluit, medentur, sic philosophia, cum universam aegritudinem sustulit, sustulit etiam, si quis error alicunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exsilium aut eorum, quae modo dixi, si quid exstitit; etsi singularum rerum sunt propriae consolationes, de quibus audies tu quidem, cum voles. Sed ad eundem fontem revertendum est, aegritudinem omnem procul abesse a sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quod non natura exoriatur, sed iudicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad do-
83 lendum, cum id decreverimus ita fieri oportere. Hoc detracto, quod totum est voluntarium, aegritudo erit sublata illa maerens, morsus tamen et contractiuncula quaedam animi relinquentur. Hanc dicant sane naturalem, dum aegritudinis nomen absit grave, taetrum, funestum, quod cum sapientia esse atque, ut ita dicam, habitare nullo modo possit.

At quae stirpes sunt aegritudinis, quam multae, quam amarae! quae ipso trunco everso omnes eligendae sunt et, si necesse

1. *in quo .. poni solet* 'für welche angewendet zu werden pflegt'. Zu *nomen calamitatis* vgl. 16, 35: *auxilium doloris.*

2. *opus enim quaerunt,* scherzhaft: 'sie suchen Arbeit' (wie Tagelöhner). Mit *quamquam* cet. mildert Cic. einlenkend diesen kleinen Hieb.

3. *plenae delectationis* 'sehr interessant'.

4. *Et tamen* cet. Sinn: Doch sind dergleichen Monographien entbehrlich.

5. *universam,* vgl. zu II. 1, 4. Zu *condoluit* vgl. 2, 3: *tulerunt,*

6. *error = opinio mali praesentis, in quo angi oportere videatur.*

alicunde 'aus irgend einem einzelnen Gegenstande'.

7. *paupertas momordit.* Vgl. IV. 20, 45: *morderi conscientia.* Aufserdem s. zu V. 6, 16: *terrent — exedunt* cet.

si quid tenebrarum offudit 'wenn — in Trübsinn versetzt hat'. (Anders *caligo* V. 2, 6.)

9. *etsi,* s. zu I. 42, 99.

10. *audies,* im 4. Buche.

Sed — revertendum est, näml. bei den einzelnen Tröstungen: *fons* 'Grundsatz'.

13. *invitatione* 'Aufforderung an sich selbst'. Vgl. 30, 73: *ipsi se ad miseriam invitant.*

16. *tamen* 'höchstens noch'; *contractiuncula,* worauf sich das folgende *Hanc* bezieht, eine ergänzende Bestimmung zu: *morsus = ex contract. orti*: Beklommenheit. Vgl. IV. 31, 66: *contractio animi.*

17. *sane,* vgl. zu IV. 21, 48.

19. *habitare,* griech. *συνοικεῖν,* vgl. V. 24, 69: *sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis.*

21. *eligendae,* hier und § 84 dasselbe wie 6, 13: *evellere* 'ausraufen, ausrupfen', ein vom Landbau

erit, singulis disputationibus. Superest enim nobis hoc, cuicuimodi est, otium.

Sed ratio una omnium est aegritudinum, plura nomina. Nam et invidere aegritudinis est et aemulari et obtrectare et misereri et angi, lugere, maerere, aerumna adfici, lamentari, sollicitari, dolere, in molestia esse, adflictari, desperare. Haec omnia definiunt 84 Stoici, eaque verba, quae dixi, singularum rerum sunt, non, ut videntur, easdem res significant, sed aliquid differunt, quod alio loco fortasse tractabimus. Haec sunt illae fibrae stirpium, quas initio dixi, persequendae et omnes eligendae, ne umquam ulla possit exsistere.

Magnum opus et difficile, quis negat? quid autem praeclarum non idem arduum? sed tamen id se effecturam philosophia profitetur, nos modo curationem eius recipiamus. Verum haec quidem hactenus; cetera quotienscumque voletis et hoc loco et aliis parata vobis erunt.

entlehnter Ausdruck, vgl. de div. II. 72, 149: *ut religio propaganda etiam est . ., sic superstitionis stirpes omnes eligendae.* Anders oben II. 11, 27: *elidunt.*

1. *hoc — otium* 'die Muſse dazu'; s. I. 19, 45 zu *haec pulchritudo.*

cuicuimodi (aus dem ungebräuchlichen *cuiuscuiusmodi* durch Abkürzung entstanden) *est*: 'wie sie auch sonst beschaffen sein mag', d. h. so unerwünscht sie mir auch an sich ist. Vgl. V. 41, 121.

3. *ratio* 'Wesen'.

4. *aegritudinis est*: ist eine Erscheinung od. Äuſserung der *aegritudo.*

8. *aliquid differunt*, wie de or. I. 9, 35: *Cetera adsentior*; III. 48, 184: *illud adsentior*; 19, 70: *quod arguare*; 29, 117: *quid praestet.* — *Alio loco*: unten IV. c. 8.

9. *Haec*, s. zu I. 11, 22.

quas initio dixi: c. 6, 13; *eligendae*, s. zu § 83.

12. *praeclarum — arduum.* So ist ein griech. Sprichwort: *χαλεπὰ τὰ καλά.*

14. *Verum haec quidem hactenus*, oder *Sed haec quidem hactenus* (de off. I. 26, 91) oder bloſs *Sed haec hactenus* (ib. 39, 140), die einfachste Formel der *revocatio*, mit welcher eine längere Exposition abgebrochen wird, um zu etwas Neuem überzugehen. Griech. *καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα* oder *καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.*

LIBER QUARTUS.

DE RELIQUIS ANIMI PERTURBATIONIBUS.

1 Cum multis locis nostrorum hominum ingenia virtutesque,
1 Brute, soleo mirari, tum maxime in iis studiis, quae sero admodum expetita in hanc civitatem e Graecia transtulerunt. Nam cum a primo urbis ortu regiis institutis, partim etiam legibus, auspicia, caerimoniae, comitia, provocationes, patrum consilium, equitum peditumque discriptio, tota res militaris divinitus esset constituta, tum progressio admirabilis incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est dominatu regio re publica liberata. Nec vero hic locus est ut de moribus institutisque maiorum et disciplina ac temperatione civitatis loquamur; aliis haec locis satis accurate a nobis dicta sunt maximeque in iis sex
2 libris, quos *de re publica* scripsimus. Hoc autem loco consideranti mihi studia doctrinae multa sane occurrunt cur ea quoque arcessita aliunde neque solum expetita, sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim illis paene in conspectu praestanti

1. *multis locis* ‘in vielen Beziehungen’. Vgl. III. 5, 10.

4. *cum — tum*: wenn schon — so; vgl. V. 39, 113.

5. *provocationes*, sc. *ad populum*. Dafs dergleichen auch unter den Königen schon stattfanden, lehrt Cicero de rep. II. 31, 54.

6. *equitum peditumque discriptio*, durch Servius Tullius. Zu *discriptio* vgl. unten 2, 3: *discriptos*.

divinitus und *divine* = *praeclare*, nicht selten bei Cicero.

9. *locus est, ut* wie p. Rosc. A. 12, 33: *de cuius laude neque hic locus est, ut multa dicantur, neque* cet.

10. *disciplina* ‘die Verfassung’; zu *temperatione* vgl. I. 10, 21.

12. *de re publica scripsimus*, 54 v. Chr. Von diesem Werke besitzen wir nur die ersten beiden Bücher zum gröfseren Teil, von den übrigen einzelne Bruchstücke.

13. *occurrunt, cur*, vgl. I. 21, 49.

ea quoque arcessita aliunde. Dafs auch staatliche Einrichtungen aus der Fremde entlehnt worden seien, ist im Vorhergehenden nicht gesagt; vgl. jedoch 2, 4 a. E.

15. *illis paene in conspectu*. Ähnlich Cat. M. 21, 78: *Pythagoram Pythagoreosque, incolas paene nostros*.

praestanti — nobilitate. Die Verbindung eines Abl. qual. mit einem Nom. propr. ist ebenso selten als die eines Adjektivs.

sapientia et nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus isdem, quibus L. Brutus patriam liberavit, praeclarus auctor nobilitatis tuae. Pythagorae autem doctrina cum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem, idque cum coniectura probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Quis enim est, qui putet, cum floreret in Italia Graecia potentissumis et maximis urbibus, ea quae magna dicta est, in iisque primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces auris clausas fuisse? Quin etiam arbitror propter 3
12. *Haec proclivitas ad suum quodque genus* 'diese Neigung der einzelnen zu ihren respektiven Fehlern'. So wird *quisque* bei der Beziehung mehrerer Subjekte auf verschiedene Dinge stets mit *suus* übereingestimmt; vgl. de or. III. 57, 216: *vox cita tarda, magna parva, quas tamen inter omnis est suo quoque in genere mediocris.* Übrigens weicht diese Darstellung von der Theorie der Stoiker ab, nach welcher das ἀρρώστημα (*aegrotatio*) von der εὐπτωσία oder εὐκαταφορία (*proclivitas*) insofern verschieden ist, als jene von dem Urteil ausgeht, diese auf einer Naturanlage beruht.

16. *facilitas* 'Anlage', *proclivitas* 'Geneigtheit, Hang'.

17. *in neutris.* Die Stoiker teilten näml. alle Dinge in gute, schlechte und gleichgiltige (ἀδιάφορα).

superius nomen: facilitas.

18. *morbus* 'Krankheit', *aegrotatio* 'Siechtum', *vitium* 'Gebrechen'.

20. *morbum cum imbecillitate*, s. 8, 18 zu *aegritudo ex eo.*

distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et aegrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur, vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur. Sed in animo tantum modo cogitatione possumus morbum ab aegrotatione seiungere. Vitiositas autem est habitus aut adfectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens. Ita fit ut in altera corruptione opinionum morbus efficiatur et aegrotatio, in altera inconstantia et repugnantia. Non enim omne vitium paris habet dissensiones, ut eorum, qui non longe a sapientia absunt, adfectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta nec prava. Morbi autem et aegrotationes partes sunt vitiositatis, sed perturbationes sintne eiusdem partes, quaestio est. Vitia enim adfectiones sunt manentes, perturbationes autem moventes, ut non possint adfectionum manentium partes

3. *vitium — cernitur.* Sinn: Ein einzelnes Gebrechen hat keinen Einfluſs auf den Gesamtkörper, der dabei gesund sein kann, und man erkennt es daher nur an sich selbst, d. h. an einem einzelnen, mit dem Ganzen disharmonierenden Teile.

4. *Sed in animo* cet. Sinn: Bei dem Geiste aber ist es anders, indem hier *morbus* und *aegrotatio* nur in der Vorstellung gesondert werden können, die *vitiositas* aber mit Gesundheit des Geistes unvereinbar ist.

5. *Vitiositas* bedeutet hier dasselbe als *vitium*. Der Wechsel des Ausdr. ist durch das in den griechischen Quellen vorgefundene *κακία* veranlaſst, mit welchem die Stoiker sowohl den fehlerhaften Zustand überhaupt im Gegens. zu der Gesundheit der Seele, als auch ein einzelnes Gebrechen derselben, wie *ἀφροσύνη, δειλία, ἀδικία* u. a. (Diog. L. VII. 95), d. i. die aus der Unwissenheit hervorgehende Unfähigkeit, eine einzelne Tugend auszuüben, bezeichnen. Innerhalb jedes Gebrechens sind noch zwei verschiedene Grade (*inconstantia* u. *repugnantia*) zu unterscheiden, so daſs diese beiden Unterarten des *vitium* (ungenau) den *morbi* und *aegrotationes* gegenüber gestellt werden können, welche letzteren aber unter einander nicht quantitativ, sondern qualitativ verschieden sind. In sprachlicher Hinsicht ist noch zu bemerken, daſs die Attribute *inconstans* und *a se ipsa dissentiens* (sowie die unten folgenden) mit einer in Definitionen nicht seltenen Kürze der *adfectio* des Geistes statt dem Geiste selbst zugeschrieben werden.

habitus (*ἕξις*) und *adfectio* (*διάθεσις*) werden hier von Cicero als gleichbedeutend gebraucht, während die Stoiker den Unterschied machen, daſs *ἕξις* eine verschiedener Grade fähige Eigenschaft, *διάθεσις* aber einen unabänderlichen, keiner Steigerung fähigen Zustand bezeichnet.

10. *discrepans sibi ipsa* = *inconstans*; *distorta* 'verschroben', tropisch, wie de fat. 8 extr.: *Multa genera sunt enuntiandi, nec ullum distortius quam hoc.*

12. *vitiositatis.* Indem jetzt Cic. dieses Wort in der allgemeineren Bedeutung nimmt, verwirrt er nicht bloſs den Zusammenhang, sondern fügt auch eine ganz überflüssige Bemerkung hinzu.

14. *moventes* 'wechselnde'; eigentlich 'sich bewegende', vgl. I. 23, 53. So de fin. II. 10, 31 (nach Epikur. Lehre) *movens voluptas* im

esse. Atque ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic in bonis. Sunt enim in corpore praecipua, valetudo, vires, pulchritudo, firmitas, velocitas, sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus, *sanitas*, sic animi dicitur, cum eius iudicia opinionesque concordant, eaque animi est virtus, quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiae praeceptis et eam subsequentem nec habentem ullam speciem suam, sed, sive hoc sive illud sit, in solo esse sapiente. Est autem quaedam animi sanitas, quae in insipientem etiam cadat, cum
31 curatione medicorum conturbatio mentis aufertur. Et ut corporis est quaedam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate eaque dicitur *pulchritudo*, sic in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia cum firmitate quadam et stabilitate virtutem subsequens aut virtutis vim ipsam continens pulchritudo vocatur. Itemque *viribus* corporis et nervis et efficacitati similes similibus quoque verbis animi vires nominantur. *Velocitas* autem corporis *celeritas* appellatur, quae eadem ingenii etiam laus habetur propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

Gegensatze zu *stans voluptas*. Ebenso wird auch öfter *vertere* und *convertere* medial gebraucht.

1. *attingit an. naturam corp. similitudo — corporis natura animi naturae similis est.* Vgl. 10, 23.

2. *valetudo*, s. d. kr. Anh.

3. *Ut enim corporis* cet. Stob. Ecl. eth. p. 168: *ὥσπερ γὰρ τὴν τοῦ σώματος ὑγίειαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, οὕτω καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ὑγίειαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ δογμάτων.* Zu *temperatio* vgl. I. 10, 21.

5. *sic — dicitur*: so spricht man von —.

6. *eaque animi est virtus.* Subjekt ist die *sanitas animi*.

temperantiam. Vgl. 9, 32: *Temperantia sedat appetitiones et efficit ut eae rectae rationi pareant conservatque considerata iudicia mentis.*

8. *nec habentem ullam speciem suam*: ‘ohne selbständig in die Erscheinung zu treten’.

10. *animi sanitas* cet. Sinn: Hier ist nicht die Rede von derjenigen *sanitas animi*, welche nach der volkstümlichen Anschauung auch der Nichtweise besitzt, sobald er von keiner Geisteskrankheit behaftet ist.

13. *eaque dicitur pulchritudo.* Vgl. de off. I. 28, 98: *pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt.*

15. *virtutis vim ipsam continens*: ‘welche das Wesen der Tugend selbst in sich schliefst’.

16. *pulchritudo vocatur. Pulchr. animi* ist nur stoischer, nicht latein. Sprachgebrauch.

18. *celeritas appellatur*, d. h. in der Anwendung auf den Geist.

19. *animi multarum rerum — percursionem* (Flug), s. II. 15, 35 zu *functio — animi — operis*.

Illud animorum corporumque dissimile, quod animi valen- 14
tes morbo temptari non possunt, corpora possunt; sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item, quorum omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt. Itaque in hominibus solum exsistunt; nam bestiae simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidunt. Inter 32
acutos autem et inter hebetes interest, quod ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius, hebetes non item. Nec vero in omnem morbum ac perturbationem animus ingeniosi cadit; sunt enim multa ecferata et immania, quaedam autem humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus. Aegrotationes autem morbique animorum difficilius evelli posse putantur quam summa illa vitia, quae virtutibus sunt contraria. Morbis enim manentibus vitia sublata esse possunt, quia non
tam celeriter sanantur, quam illa tolluntur. Habes ea, quae de 33
perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae λογικὰ appellant, quia disseruntur subtilius. Ex quibus quoniam tamquam ex scrupulosis cotibus enavigavit oratio, reliquae disputationis cursum teneamus, modo satis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate. *A.* Prorsus satis; sed si quae diligentius erunt cognoscenda, quaeremus alias; nunc vela, quae modo dicebas, exspectamus et cursum.

M. Quando, ut aliis locis de virtute et diximus et saepe 15
34

1. *animi valentes*, d. i. der Weisen, deren Tugend nach den Stoikern unverlierbar ist; vgl. III. 5, 11 extr. Im folgenden ist wieder von den übrigen Menschen die Rede.

2. *corporum offensiones* hier = *corp. morbi*. (Anders c. 10 u. 11.)

3. *animorum non item*, zur Abwechslung für *non possunt*; s. I. 48, 116 zu *non defuit*.

6. *simile — faciunt*, für *patiuntur* oder *habent*. Sonst wird *facere* gewöhnlich nur als Stellvertreter eines bestimmten vorangegangenen Verbums gebraucht; wie I. 11, 24.

non incidunt, weil die *perturbatio* auf einer *opinio* beruht, die den Tieren abgeht.

7. *ingeniosi — sic illi*, s. I. 17, 40 zu *sic haec*.

aes Corinthium, aus Gold, Silber und Kupfer gemischt.

10. *sunt enim — immania*, ergänze: *a quibus ingeniosi animus procul abhorret; quaedam autem* cet., scil. *in quae facilius cadit*.

12. *habent primam speciem*: 'haben beim ersten Anblick den Schein —'.

16. *Habes*, vgl. zu I. 49, 119.

17. *enucleate* 'kurz und bündig, schmucklos'.

λογικά 'logische Sätze'.

19. *rel. disp. cursum teneamus*: in der noch übrigen Untersuchung weiter segeln. Mit dem Ausdruck vgl. Kap. 4, 9.

24. Hiermit beginnt der 2. Hauptteil dieses Buches: der Beweis, daſs die Leidenschaften dem Weisen fremd bleiben, wobei bes. gegen die Peripatetiker ausführlich polemisiert wird, — Kap. 26.

Quando für *quoniam* oder *quando*

dicendum erit — pleraeque enim quaestiones, quae ad vitam moresque pertinent, a virtutis fonte ducuntur —, quando igitur virtus est adfectio animi constans conveniensque, laudabilis efficiens eos, in quibus est, et ipsa per se, sua sponte, separata etiam utilitate laudabilis, ex ea proficiscuntur honestae voluntates, sententiae, actiones omnisque recta ratio, quamquam ipsa virtus brevissume recta ratio dici potest. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas — sic enim malo quam malitiam appellare eam, quam Graeci κακίαν appellant; nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est, vitiositas omnium —; ex qua concitantur perturbationes, quae sunt, ut paulo ante diximus, turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione et inimicissimi mentis vitaeque tranquillae. Important enim aegritudines anxias atque acerbas animosque adfligunt et debilitant metu; iidem inflammant appetitione nimia, quam cum cupiditatem tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi a temperantia et moderatione pluri-
35 mum dissidentem. Quae si quando adepta erit id, quod ei fuerit concupitum, tum efferetur alacritate, *ut nihil* ei *constet* quod

quidem, wie de fin. V. 8, 21: *quando ad maiora nati sumus*, und auch sonst bisweilen.

et diximus cet.; vgl. 3, 5: *Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit, et saepe diximus.*

2. *a virtutis fonte*, s. I. 15, 34 zu *mercedem gloriae.*

Mit *igitur* wird der durch die Zwischensätze unterbrochene Gedanke wieder aufgenommen, wie I. 7, 14 mit *ergo*, und öfter.

3. *adfectio animi constans conveniensque* (sc. *secum*), διάθεσις ψυχῆς σύμφωνος αὐτῇ. *Adfectio* also 'Denk- und Empfindungsweise', wie de fin. III. 20, 65: *ex hac animorum adfectione.*

4. *sua sponte*: ohne fremdes Zuthun, daher 'um ihrer selbst willen'; *separata* 'ohne', s. zu III. 17, 38: *expressam.*

6. *omnisque*, s. zu I. 40, 95: *in omni virtute*; *recta ratio* = *absoluta ratio* (V. 13, 39), ὀρθὸς λόγος: Verfahrungsweise. Die Bedeutung von *virtus* an dieser Stelle ergiebt sich aus dem Gegensatz *vitiositas*, welches hier nicht in dem Sinne eines einzelnen *vitium* steht. S. zu 13, 29.

7. *virtutis contraria.* Sonst scheint dies Adj. von Cic. nur im Neutrum mit dem Genetiv verbunden zu werden.

8. *malitiam*, hier 'schlechte Beschaffenheit' überhaupt. Ähnlich Sall. Iug. 22: (*se*) *virtute, non malitia P. Scipioni, summo viro, placuisse.* Doch ist dieser Gebrauch selten. Cicero de deor. n. III. 30, 75: *Est enim malitia versuta et fallax nocendi ratio.*

10. *concitantur* = *concitando efficiuntur.* Vgl. III. 11, 25: *turbantur.*

13. *Important*, wie 17, 38: *invexerit*, eine Steigerung von *adferre*; *anxias*, hier akt.: peinigend, vgl. V. 6, 16: *languidis.*

18. *concupitum*, s. zu II. 1, 2: *mihi habita est.*

efferetur alacritate = *laetitia gestienti.* Vgl. 17, 39: *quod aut cupias ardenter aut adeptus efferas te insolenter.*

ut nihil ei constet, Anspielung

agat, ut ille, qui *voluptatem animi nimiam summum esse errorem* arbitratur. Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est.

Quid autem est non miserius solum, sed foedius etiam et 16
deformius quam aegritudine quis adflictus, debilitatus, iacens? Cui miseriae proxumus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit exanimatusque pendet animi. Quam vim mali significantes poëtae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt

'Ob scelera animique ínpotentiam ét superbiloquéntiam.

Ea communis poena stultitiae est; omnibus enim, quorum mens abhorret a ratione, semper aliqui talis terror impendet. Atque 36
ut haec tabificae mentis perturbationes sunt, aegritudinem dico et metum, sic hilariores illae, cupiditas avide semper aliquid expetens et inanis alacritas, id est laetitia gestiens, non multum differunt ab amentia. Ex quo intellegitur qualis ille sit, quem tum moderatum, alias modestum, tum temperantem, alias constantem continentemque dicimus; non numquam haec eadem vocabula ad frugalitatis nomen tamquam ad caput referre volumus. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, numquam ita pervolgatum illud esset, ut iam proverbii locum obtineret,

auf den Vers des Komikers Q. Trabea, de fin. II. 4, 13: *Tánta laetitia aúctus sum, ut nihil cónstet* —.

1. *ut ille*, vgl. I. 26, 64: *ut Plato*.

voluptatem — arbitratur. Diesen Vers des Trabea hat Bentley nach unserer Stelle und ad fam. II. 9, 2 als troch. Septen. so wieder hergestellt: *'Ego voluptatem ánimi nimiam súmmum esse errorem árbitror. Error* 'Verirrung'.

5. *iacens* 'zu Boden gestreckt', wie II. 13, 32.

7. *pendet animi*. So de leg. I. 3, 9: *ego animi pendere soleo*. Doch ist *animi* nicht als Genetiv, sondern als Lokativ anzusehen; s. I. 22, 51 zu *domui*. Im Plur. wird dafür der Abl. *animis* gesetzt; so I. 40, 96.

8. *impendere — faciunt*. In der Bedeut. 'ich lasse (in meiner Darstellung) einen etwas thun' wird *facio* bisweilen auch mit dem Acc. c. Infin., gewöhnlich aber und namentlich, wenn das Obj. eine handelnde Person ist, mit dem Partic. verbunden. Vgl. Cat. M. 15, 54: *Homerus Laërtam colentem agrum facit*; unten V. 39, 115: *cum ariete conloquentem facit eiusque laudare fortunas*. — Übrigens wird sowohl des Tantalus Schuld, wie die Art seiner Strafe verschieden angegeben. In letzterer Beziehung vgl. I. 5, 10.

9. *Ob scelera* cet. Der Dichter ist unbekannt.

superbiloquentiam, ἀκόλαστος γλῶσσα (Eurip. Orest. 10), an der Tafel der Götter. (Nach anderen: das Schlachten seines Sohnes Pelops, die Entwendung von Ambrosia und Nektar für andere Sterbliche, u. dgl.)

11. *aliqui — terror*, wie I. 11, 23.

12. *haec*, s. zu III. 34, 84.

14. *id est*, s. zu III. 27, 65.

18. *tamquam ad*, s. zu I. 11, 24: *quasi*; *caput* 'Hauptbegriff'.

19. *Quod* dient nur zur Anknüpfung an das Vorhergehende; *eo nomine virtutes cont.*, vgl. III. 8, 16: *omnis enim abstinentia, — reliquas etiam virtutes frugalitas continet*.

hominem frugi omnia recte facere. Quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter nimisque magnifice dicere videntur.

17 37 Ergo hic, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestiis nec frangatur timore nec sitienter quid expetens ardeat desiderio nec alacritate futtili gestiens deliquescat, is est sapiens, quem quaerimus, is est beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum aut nimis laetabile ad efferendum videri potest. Quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo? Nam quid aut in studiis humanis aut in tam exigua brevitate vitae magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil 38 omnino novum? Atque idem ita acrem in omnis partis aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore vivendi, ut, quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat; quod qui faciet non aegritudine solum vacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. His autem vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit, idemque

1. *Stoici.* Diog. L. VI. 105: *σοφὸς ἀναμάρτητος.* Ausführlich wird der stoische Weise de fin. III. 22, 75 u. 76 geschildert.

3. *videntur*, näml. dem grofsen Publikum; *admirabiliter* 'auffällig, paradox'.

5. *sibique ipse.* Man sollte hier *sibi ipsi* erwarten; s. jedoch zu I. 30, 73.

7. *deliquescat* 'zerfliefst, sich auflöst', d. h. sich schwach und haltlos zeigt. — Übrigens drückt sich in der Häufung der Prädikate: *tabescat — frangatur — ardeat — deliquescat* das der lat. Sprache eigentümliche Streben aus, dem Gedanken dadurch seine volle Ausprägung zu verleihen, dafs jedem der verschiedenen Subjekte desselben Satzes auch ein besonderes Verbalprädikat gegeben wird, während wir uns in der Regel mit einem begnügen.

id est sapiens. Vgl, III. 8, 18: *ab eo — ab eo.*

9. *ad demittendum animum — ad efferendum*, hier im Sinne eines Konsekutivsatzes. So 38, 82: *dolore ad patiendum levato.*

11. *Nam quid* cet. dient zur Erläuterung des vorhergehenden Gedankens, bes. des Begriffes in *rebus humanis*, welcher durch *in studiis humanis* und *in tam exigua brevitate vitae* genauer bestimmt wird.

13. *animo — excubat.* Derselbe Tropus Phil. VI. 7, 18: *Quam ob rem, Quirites, consilio quantum potero, labore plus paene quam potero excubabo vigilaboque pro vobis.*

15. *acrem* (proleptisch) — *aciem intendit.* Ähnlich p. Flacco 11, 26: *intentis oculis acerrime contemplari*; de fin. I. 17, 57: *acri animo et attento intueri.*

16. *videat* 'erspäht', s. zu III. 19, 46: *videamus.*

18. *apte*, hier gemäfs seiner Ableitung (von einem alten Verbum *apere* = *ἅπτειν*, anfügen) ganz dem Deutschen 'mit Fügung' entsprechend.

concitatus et abstractus ab integra certaque ratione non constantiam solum amittit, verum etiam sanitatem.

Quocirca mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio, qui perturbari animos necesse dicunt esse, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Modum tu adhibes vitio? an vitium nullum est non parere ra- 39
tioni? an ratio parum praecipit nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter aut adeptus efferas te insolenter, nec porro malum, quo aut oppressus iaceas aut, ne opprimare, mente vix constes? eaque omnia aut nimis tristia aut nimis laeta errore fieri, qui error stultis extenuetur die, ut, cum res eadem maneat, aliter ferant inveterata, aliter recentia, sapientis ne attingat quidem omnino? Etenim quis erit tandem modus iste? 40
quaeramus enim modum aegritudinis, in qua operae plurimum ponitur. Aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est. Sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam a vita recesserit; moderatius igitur ferre debuit. Quid, si, cum id ferret modice, mors liberorum accessissent? Nata esset aegritudo nova, sed ea modica; magna tamen facta esset accessio. Quid, si deinde dolores

1. *ab integra certaque ratione* 'von der gesunden und in sich sichern Thätigkeit der Vernunft', also: von der Besonnenheit.

3. *mollis — Peripateticorum ratio.* Zur Sache vgl. III. 10, 22.

4. *ratio et oratio*, eine bei Cicero sehr häufige Verbindung, die ihm offenbar auch wegen des ὁμοιοτέλευτον gefiel, wie *gravis et suavis.* Vgl. 28, 60.

5. *quem ultra*, Anastrophe, wie II. 6, 15 *hunc post.* (*Ultra* sonst nur bei Dichtern und bei Tac. so gebraucht.)

9. *ne opprimare* ist abhängig von *mente vix constes* (fast die Besinnung verlierst), worin der noch anzuführende Begr. der Furcht enthalten ist.

11. *die*, wie III. 16, 35; *cum* konzessiv.

12. Zu *sapientis . . omnino* gehört noch *qui error* als Subjekt; *attingat* (wie III. 25, 61) ist koordiniert und steht im gegensätzlichen Verhältnis zu *extenuetur.*

13. *Etenim* wie III. 9, 20.

14. *in qua* (scil. *pellenda*).

15. *ponitur*, näml. von den Peripatetikern. Vgl. III. 13, 27.

P. Rupilius Lupus, 132 v. Chr. Consul. Lael. 20, 73: *Scipio P. Rupilium potuit consulem efficere, fratrem eius Lucium non potuit.* Plin. H. N. VII. 36: (*P. Rupilius*) *morbo levi impeditus, nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione, ilico exspiravit.* Dieser Bruder, Lucius, war 146 Prätor gewesen. — Die dialogische Form, in der hier Cicero die Peripatetiker bekämpft, ist leicht zu erkennen.

fratris repulsam (Niederlage bei) *consulatus*, wie II. 15, 35: *functio — animi — gravioris operis.*

16. *C. Fannius Strabo*, Schüler des Stoikers Panätius, Schwiegersohn des C. Cälius Sapiens, schrieb Annales. Vgl. Brut. 26, 101 und 21, 81.

19. *sed*: aber immer noch.

20. *magna* 'schwer wiegend, drückend'.

graves corporis, si bonorum amissio, si caecitas, si exsilium? Si pro singulis malis aegritudines accederent, summa ea fieret, quae non sustineretur.

18 41 Qui modum igitur vitio quaerit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucata praecipitaverit, sustinere se, cum velit. Ut enim id non potest, sic animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco volt, insistere. Omninoque, quae crescentia perniciosa sunt, eadem sunt vitiosa nascentia. 42 Aegritudo autem ceteraeque perturbationes, amplificatae certe, pestiferae sunt; igitur etiam susceptae continuo in magna pestis parte versantur. Etenim ipsae se impellunt, ubi semel a ratione discessum est, ipsaque sibi imbecillitas indulget in altumque provehitur imprudens nec reperit locum consistendi. Quam ob rem nihil interest utrum moderatas perturbationes approbent an moderatam iniustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. Qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Quod cum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius, quia sunt in lubrico incitataque semel proclivi labuntur sustinerique nullo modo possunt.

19 43 Quid, quod idem Peripatetici perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturalis esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas; quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant, cotem fortitudinis esse dicunt,

2. *pro* 'entsprechend', wie I. 45, 108.

4. *ut si*, zur Einführung eines *exemplum fictum*, wie II. 4, 12; 27, 67; de off. I. 25, 87: *similiter facere eos — ut si nautae certarent, quis eorum potissimum gubernaret.*

5. *Leucāta*, *Λευκάτη*, jetzt Capo Ducato, das Vorgebirge der Insel Leucadia oder Leucas (jetzt Sancta Maura), von welchem Sappho sich ins Meer gestürzt haben soll.

6. *id non potest*, wie I. 11, 23 *si posset.*

10. *igitur*; s. zu I. 6, 11.

in magna pestis parte versantur 'sind mit einem starken Anteil von Verderblichkeit behaftet'. Vgl. V. 38, 111: *non versari in oculorum ulla iucunditate*; de rep. II. 15, 29: *neque hoc — ulla est umquam in dubitatione versatum.*

11. *impellit*, wie die Ruder das Schiff oder der Wind die Segel.

12. *indulget.* Vgl. Hor. od. II. 2, 13: *Crescit indulgens sibi dirus hydrops.*

16. *vitiis modum apponit*, wie einen Wächter.

18. *proclivi labuntur* 'abschüssig, d. h. schnell herabstürzen', wie de fin. V. 28, 84: *proclivi currit oratio.* Es ist die ältere Form des Adv. *proclive* (wie *heri* und *here*). Vgl. 18, 28.

23. *iracundiam laudant*, d. h. nicht die *iracundia* im gewöhnl. Sinne (*ὀργιλότης*, den Jähzorn), sondern den *θυμός* = *ira*, etwa die 'Zornglut', was mit unserm 'Begeisterung' ziemlich zusammenfällt. Für *ira* sagt Cicero *iracundia*, um sie deutlicher als bleibende Eigenschaft, nicht als vorübergehenden Zustand, zu bezeichnen. Vgl. Aristot.

multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse, levis autem ratiunculas eorum, qui ita cogitarent: *proelium rectum est hoc fieri, convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria.* Haec nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo. Nec vero de bellatoribus solum disputant; imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiae; oratorem denique non modo accusantem, sed ne defendentem quidem probant sine aculeis iracundiae, quae etiam si non adsit, tamen verbis atque motu simulandam arbitrantur, ut auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique videri negant, qui irasci nesciat, eamque, quam *lenitatem* nos dicimus, vitioso *lentitudinis* nomine appellant. Nec vero solum hanc libidinem 44
laudant — est enim ira, ut modo definivi, ulciscendi libido —, sed ipsum illud genus vel libidinis vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum; nihil enim quemquam, nisi quod lubeat, praeclare facere posse. Noctu ambulabat in publico Themistocles, cum somnum capere non posset, quaerentibusque respondebat Miltiadis tropaeis se e somno suscitari.

Eth. Nic. IV. 5. Sen. de ira III. 3: (*Iram Aristoteles*) *calcar ait esse virtutis; hac erepta inermem animum et ad conatus magnos pigrum inertemque fieri.* — Mit den Perip. stimmte übrigens hierin die alte Akademie überein.

cotem fortitudinis. Vgl. 21, 48: *ardores animorum cotesque virtutum.* Ebenso Acad. II. 44, 135: *iracundiam fortitudinis quasi cotem esse dicebant* (*veteres Academici*).

2. Zu *cogitarent* vgl. III. 26, 63: *immolavisset* nach *invehitur.*

4. *haec nullam habent vim* cet. In der Lebhaftigkeit der Rede geht Cicero aus der von *dicunt* abhängigen orat. obl. in die recta über; s. II. 7, 17 zu *Adfirmat — dicet.*

8. *quae etiam si* cet. Nach deutscher Ausdrucksweise würde man *quam* erwarten; vgl. jedoch I. 34, 84: *qui — si occidissemus* —, *mors nos abstraxisset.*

9. *auditoris*, wofür *eorum, qui audiant* das gewöhnlichere wäre, ist mit Rücksicht auf die Konzinnität wegen des folgenden *oratoris* gesetzt.

10. *Virum* mit Nachdruck, wie II. 22, 53: *rusticanus vir, sed plane vir.*

11. *eamque — appellant.* Cic. thut den Peripatet. Unrecht; denn die *πραότης*, *lenitas*, verwarfen sie nicht, sondern deren fehlerhafte Ausartung, die *ἀοργησία*, *lentitudo*, das Phlegma (ebenso wie den entgegengesetzten Fehler, die *ὀργιλότης*, *iracundia* im gewöhnl. Sinne, den Jähzorn). Arist. Eth. II. 7.

lenitatem 'Gelassenheit', *lentitudinis* 'Lässigkeit'.

vitioso, hier 'einen Fehler andeutend', also 'tadelnd'.

12. *hanc libidinem* 'diese (einzelne) Art der *libido*', im Gegensatz zur *libido* überhaupt.

13. *ut modo definivi*: 12, 27.

14. *genus — libidinis*, s. I. 15, 34 zu *mercedem gloriae*, und wegen *vel — vel* zu III. 11, 24.

16. *nisi quod — lubeat = nisi in quod libidine impellatur.*

17. *Themistocles.* Dieselbe Anekdote: Val. Max. VIII. 14, ext. 1; Plut. Them. c. 3.

Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. Philosophiae denique ipsius principes numquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. Ultimas terras lustrasse Pythagoran, Democritum, Platonem accepimus; ubi enim quicquid esset, quod disci posset, eo veniendum iudicaverunt. Num putamus haec fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse?

Ipsam aegritudinem, quam nos ut taetram et immanem beluam fugiendam diximus, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam, ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis adfici se in delicto dolerent. Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore; morderi est melius conscientia. Ex quo est illud e vita ductum ab Afranio; nam cum dissolutus filius:

Heú me miserum!

tum severus pater:

Dúm modo doleat dliquid, doleat quidlubet.

Reliquas quoque partis aegritudinis utilis esse dicunt, misericordiam ad opem ferendam et hominum indignorum calami-

1. *auditae*, wie 15, 35: *concupitum.*

Demosthenis vigiliae. Vgl. Plut. Dem. 7 u. 11. Stob. Serm. 29 p. 206 läfst ihn daher sagen, dafs er mehr Öl als Wein gebraucht habe.

5. *Pythagoran*, wie 25, 55. P. aus Samos soll, ehe er sich in Croton niederliefs, Reisen nach Ägypten, Asien, Kreta und Lacedämon gemacht, und Demokrit sein bedeutendes väterliches Erbe zu Reisen nach Babylon, Persien, Ägypten u. s. w. verwandt haben. (Vgl. V. 36, 104; 39, 115.) Auch Plato unternahm in den ersten Jahren nach des Sokrates Tode (399) zu seiner Bildung bedeutende Reisen nach Cyrene und Ägypten (de fin. V. 29, 87), die von den Späteren ebenfalls ins Fabelhafte erweitert werden; dann nach Unteritalien zu den Pythagoreern. (Seine späteren Reisen hatten andere Zwecke.)

6. *ubi enim quicquid esset*, wo scheinbar *quicquid — quidque* ist, ist verkürzter Ausdruck für *ubi enim aliquid esset, quicquid esset.* So V. 34, 98: *ut quicquid obiectum est*; de fin. V. 9, 24: *quatenus quicquid se attingat*, und noch einigemal, doch immer nur neben andern Relativis. Vgl. *ubique* I. 15, 35.

13. *ignominiam et infamiam*, s. zu V. 6, 15.

15. *L. Afranius*, der Begründer der fabula togata (der Komödie mit römischem Stoffe), zur Zeit der Gracchen, von Horaz (epist. II. 1, 57) in dieser Gattung der Poesie so hoch gestellt, wie der Grieche Menander in der seinigen.

16. *Heu me miserum* mit *Dum modo* cet. ein Vers, der auch ad Att. XVI. 2, 3 citiert wird; aus welchem Stücke, ist unbekannt.

20. *indignorum*, sc. *istis calamitatibus*, also 'unverdient Leidender'. Ebenso Hor. Serm. II. 2, 103: *Cur eget indignus quisquam, te divite?* Ovid. Met. I. 631: *indigno circum-*

tates sublevandas; ipsum illud aemulari, obtrectare non esse inutile, cum aut se non idem videat consecutum, quod alium, aut alium idem, quod se; metum vero si qui sustulisset, omnem vitae diligentiam sublatam fore, quae summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent. Haec tamen ita disputant, ut resecanda esse fateantur, evelli penitus dicant nec posse nec opus esse, et in omnibus fere rebus mediocritatem esse optumam existiment. Quae cum exponunt, nihilne tibi videntur an aliquid dicere? *A.* Mihi vero dicere aliquid, itaque exspecto, quid ad ista.

M. Reperiam fortasse, sed illud ante: Videsne quanda fuerit 21
apud Academicos verecundia? Plane enim dicunt quod ad rem 47
pertineat. Peripateticis respondetur a Stoicis. Digladientur illi per me licet, cui nihil est necesse nisi ubi sit illud, quod veri simillimum videatur, anquirere. Quid est igitur, quod occurrat in hac quaestione, e quo possit attingi aliquid veri simile? quo longius mens humana progredi non potest. Definitio perturbationis, qua recte Zenonem usum puto. Ita enim definit, ut *perturbatio sit aversa a ratione contra naturam animi commotio*, vel brevius, ut *perturbatio sit appetitus vehementior*, vehementior autem intellegatur is, qui procul absit a naturae constantia. Quid 48
ad has definitiones possint dicere? Atque haec pleraque sunt pru-

dat vinculu collo. Vgl. auch *dignus* II. 5, 14.

2. *cum — videat*, s. 8, 17 zu *concupierit.*

6. *Haec* gehört zu *resecanda esse.*

8. *opus*: nützlich, wie de or. II. 10, 43; 80, 326 und mit der Negation (schädlich) ebd. 73, 296.

9. *nihil, aliquid dicere*, prägnant, wie im Griech. *οὐδὲν λέγειν τι.* Ebenso Cat. M. 6, 17: *nihil adferunt.* Ähnlich oben I. 20, 45: *aliquid adsequi.*

11. *ad — ista* (sc. *dicturus sis*); (doch sind solche Auslassungen in Nebensätzen seltener als in Hauptsätzen), s. I. 4, 7 zu *ad id disputabam.* Ebenso § 48: *quid ad has definitiones possint dicere?*

12. *sed illud ante* 'doch einen Punkt noch vorher!'

13. *verecundia* 'schonende Rücksicht' (der neuen Akademie), im Gegensatz zu der leidenschaftlichen Polemik zwischen den Stoikern und Peripatetikern.

Plane 'einfach, schlechtweg'.

15. *cui*, als Anhänger der neuen Akademie. Vgl. III. 21, 50 ff.

16. *anquirere*, vgl. zu II. 10, 25.

17. *e quo* 'von wo aus' = *e quo profectis possit a nobis attingi* cet.; *quo longius = ultra quod.*

19. *ita definit, ut — sit*, für: *ita definit, ut dicat* mit Acc. c. Inf. Vgl. V. 41, 119: *quorum ea sententia est, ut virtus per se ipsa nihil valeat*; de leg. III. 15, 33: *ego in ista sum sententia — nihil ut fuerit in suffragiis voce melius.* Vgl. zu III. 3, 5: *probari ut.* Zum Inhalt vgl. oben 6, 11.

23. *possint dicere*, sc. *Peripatetici.*

Atque haec pleraque = dissentium: 'Zeugen doch diese Sätze, im ganzen genommen, von verstän-

denter acuteque disserentium, illa quidem ex rhetorum pompa: *'ardores animorum cotesque virtutum'*. An vero vir fortis, nisi stomachari coepit, non potest fortis esse? Gladiatorium id quidem; quamquam in eis ipsis videmus saepe constantiam:

Cónlocuntur, cóngrediuntur, quaérunt aliquid, póstulant,
ut magis placati quam irati esse videantur. Sed in illo genere sit sane Pacidianus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius:

Occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis, inquit.
Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse,
Quam gladium in stomacho furi ac pulmonibus sisto.
Odi hominem, iratus pugno, nec longius quicquam
Nobis, quam dextrae gladium dum accommodet alter;
Usque adeo studio atque odio illius ecferor ira.

22 49 At sine hac gladiatoria iracundia videmus progredientem apud Homerum Aiacem multa cum hilaritate, cum depugnaturus

diger, scharfer Dialektik'. *Haec pleraque* für *horum pleraque*, wie häufig *plerique omnes* (οἱ πολλοὶ πάντες).

1. *illa quidem*, s. zu I. 27, 67.

2. *ardores — virtutum*; s. 19, 43. Hiermit geht Cic. zur Bekämpfung der peripatet. Lehre von der Notwendigkeit und dem Nutzen der Leidenschaften über, und zwar bespricht er zunächst (bis Kap. 25 med.) die *iracundia* ausführlicher.

4. *in eis ipsis*. Das Substant. ist aus dem vorangegang. Adjektiv zu ergänzen, wie bei Caes. b. Gall. I. 40, 5: *factum nuper in Italia servili tumultu, quos tamen aliquid usus ac disciplina sublevarent*. Vgl. unten 33, 70: *Qui*.

5. *conlocuntur — postulant* ist ein vers. Troch. septen.; woher? ist unbekannt.

6. *in illo genere*, sc. *hominum*.

7. *sane*, bei einem Conj. concess. = immerhin, allerdings, indem es auch hier lediglich versichert und bekräftigt. So auch II. 5, 14; III. 34, 83; V. 36, 103.

Pacidianus, ein berühmter Gladiator im Gracchischen Zeitalter; mit seinem Nebenbuhler Aeserninus (auf den sich II. 17, 41 der Vers bezieht) aus dem 4. Buche des Lucilius (s. I. 5, 10 zu Sisyphus) bekannt, und öfter sprichwörtlich angeführt; so ad Q. fr. III. 4, 2; de opt. gen. or. 6, 17.

8. *si id quaeritis* 'wenn ihr mich danach fragt (es wissen wollt)'.

9. *accipiam*, sc. *plagam*, wie im Deutschen 'eins abbekommen'. Ein leidenschaftlicher Gegner ist nie vorsichtig.

10. *gladium — sisto*. Vergl. Aen. X. 323: *iaculum clamanti sistit in ore*. — Zu *pulmonibus* und *longius* vgl. I. 5, 10: *Sisyphus*.

11. *nec longius*: 'und ich kann die Zeit nicht erwarten, bis —'.

13. *Usque adeo*, s. zu II. 5, 13: *ita est*.

14. *videmus progred.*; die Konstruktion ist der dramatischen Darstellung des Dichters entsprechend.

15. *apud Homerum*. Il. VII. 211 sq.:
Τοῖος ἄρ' Αἴας ὦρτο πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι κ. τ. λ.

depugnaturus esset, nicht *est*, weil dem vorhergehenden *videmus progredientem* das Praes. hist. (*progreditur*) zu Grunde liegt, neben welchem *cum* immer nur mit dem Conj. Impf. oder Plqupf. verbunden wird.

esset cum Hectore. Cuius, ut arma sumpsit, ingressio laetitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus, ut ipsum Hectorem, quem ad modum est apud Homerum, toto pectore trementem provocasse ad pugnam paeniteret. Atque hi conlocuti inter se, prius quam manum consererent, leniter et quiete nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve fecerunt. Ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen invenit, iratum existimo Gallo torquem detraxisse nec Marcellum apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus. De Africano quidem, quia notior est nobis propter recentem memoriam, vel iurare possum, non illum iracundia tum inflammatum fuisse, cum in acie M. Allienium Paelignum scuto protexerit gladiumque hosti in pectus infixerit. De L. Bruto fortasse dubitarim an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Arruntem invaserit; video enim utrumque comminus ictu cecidisse contrario. Quid igitur huc adhibetis iram? an fortitudo, nisi insanire coepit, impetus suos non habet? Quid? Herculem, quem in caelum ista ipsa, quam vos iracundiam esse voltis, sustulit fortitudo, iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro aut leone Nemeaeo? an etiam Theseus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? Vide ne

1. *Cuius* geht auf Ajax, als die Hauptperson.

3. *quem ad modum est apud Homerum*, ib. v. 214 sqq.:
τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μέγ' ἐγήθησον εἰσορόωντες·
Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν.

5. *ne in ipsa quidem pugna*, s. Hom. v. 219 sqq. Über *nihil ne — quidem* s. zu I. 23, 53.

6. *T. Manlius Torquatus*, 361 v. Chr., am Flusse Anio. Liv. VII. 9 u. 10.

7. *invenit*: '(zuerst) bekam'. Derselbe Ausdruck von derselben Sache: de fin. I. 7, 23.

8. *M. Claudius Marcellus*, der Eroberer von Syracus, hatte 222 die Gallier bei Clastidium in Gallia Cispadana geschlagen und ihren König Viridomarus im Zweikampfe erlegt. Plut. Marc. 6; Aur. V. de vir. ill. 45.

9. *De Africano*. Diese Art das deutsche 'was — betrifft' auszudrücken, wird fast nur in Verbindung mit Verb. sent. et declar. (bisweilen) gebraucht. So gleich nachher: *De L. Bruto dubitarim an — invaserit*; V. 20, 57: *de hoc homine — accepimus summam fuisse eius temperantiam*; de orat. II. 1, 3: *de Antonio — acceperamus quem ad modum ille* cet. — Übrigens ist der jüngere Afr. gemeint. Die That wird sonst nirgends erwähnt.

quidem 'aber', wie I. 27, 67.

13. *L. Iunius Brutus*, s. zu I. 37, 89. Liv. II. 2.

dubitarim an —, wie III. 23, 55: *haud sciam an —*.

14. *video* 'ich finde (in der Geschichte)', wie 3, 5; vgl. III. 25, 59.

17. *Herculem*. Vgl. II. 9, 22.

20. *Marathonii tauri*, der früher von Hercules aus Creta gebracht, von Eurystheus aber wieder losgelassen war und Attika verwüstete, bis Theseus ihn erlegte. Ovid. Met. VII. 433 ff.

Vide ne —, s. zu I. 34, 83. Mit

fortitudo minime sit rabiosa sitque iracundia tota levitatis. Neque enim est ulla fortitudo, quae rationis est expers.

23 51 Contemnendae res humanae sunt, neglegenda mors est, patibiles et dolores et labores putandi. Haec cum constituta sunt iudicio atque sententia, tum est robusta illa et stabilis fortitudo, nisi forte, quae vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicamur. Mihi ne Scipio quidem ille, pontifex maxumus, qui hoc Stoicorum verum esse declaravit, numquam privatum esse sapientem, iratus videtur fuisse Ti. Graccho tum, cum consulem languentem reliquit atque ipse privatus, ut si consul esset, 52 qui rem publicam salvam esse vellent, se sequi iussit. Nescio ecquid ipsi nos fortiter in re publica fecerimus; si quid fecimus, certe irati non fecimus. An est quicquam similius insaniae quam ira? quam bene Ennius *initium* dixit *insaniae*. Color, vox, oculi, spiritus, impotentia dictorum ac factorum quam partem habent sanitatis? Quid Achille Homerico foedius, quid Agamemnone in iurgio? nam Aiacem quidem ira ad furorem mortemque perduxit. Non igitur desiderat fortitudo advocatam iracundiam; satis est instructa, parata, armata per sese. Nam isto quidem modo licet dicere utilem vinulentiam ad fortitudi-

sitque vgl. I. 29, 71: *adhibuitque*.

1. *levitatis* 'Charakterschwäche', wie 31, 66 *levitas* und *levis*.

3. *patibiles*. Aufser hier findet sich dies Wort bei Cicero nur noch de deor. n. III. 12, 29, dort in aktivem Sinne.

5. *est* 'ist vorhanden'.

6. *vehementer* 'mit Nachdruck, kräftig' in bonam partem; so bei Cicero nicht selten neben *admirari*, *adsentiri*, *probare*, *delectari*, *studere*, *se exercere* u. a. Verbis.

7. *Scipio ille*: P. Cornelius Scipio Serapio, Sohn des Scipio Nasica (I. 9, 19), Konsul 138, tötete 133 seinen Vetter Tib. Sempronius Gracchus.

8. *hoc Stoicorum* 'jener Grundsatz der Stoiker' (vgl. I. 42, 99). Diese behaupteten nämlich, dafs der Weise allein König, Herrscher, Obrigkeit u. s. w. sei. Diog. L. VII. 122.

declaravit, nämlich durch seine That.

9. *consulem languentem*, den P. Mucius Scävola, welcher Gewalt gegen Gracchus anzuwenden sich weigerte.

11. *qui — vellent*. Bei Aufruhr in der Stadt war die feststehende Formel, deren sich der Konsul bediente: *Qui rem publ. salvam esse volunt, me sequantur*. Vgl. Plut. Ti. Gr. 19; Val. Max. III. 2, 17.

15. *quam partem* (= *quid*) *habent sanitatis*, nämlich bei einem Zornigen.

17. *in iurgio*: Hom. Il. I. 122 sqq.

nam Aiacem quidem: Von Ajax will ich gar nicht erst reden, denn diesen u. s. w. Vgl. z. III. 30, 73 und unten 33, 71: *nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria*. Zum Inhalt vgl. Hom. Od. XI. 543—560.

18. *desiderat — advocatam iracundiam*. So V. 38, 111: *Sapientis cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos*.

20. *isto quidem modo*, d. h. wenn man die *iracundia* für nützlich zur *fortitudo* hält.

nem, utilem etiam dementiam, quod et insani et ebrii multa faciunt saepe vehementius. Semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore;

Nam fácinus fecit máxumum, cum Dánais inclinántibus
Summám rem perfecit, manu suá restituit proélium
Insániens.

Dicamus igitur utilem insaniam? Tracta definitiones fortitudinis, intelleges eam stomacho non egere. Fortitudo est igitur adfectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans vel conservatio stabilis iudicii in eis rebus, quae formidolosae videntur, subeundis et repellendis vel scientia rerum formidolosarum contrariarumque aut omnino neglegendarum conservans earum rerum stabile iudicium, vel brevius, ut Chrysippus — nam superiores definitiones erant Sphaeri, hominis in primis bene definientis, ut putant Stoici; sunt enim omnino omnes fere similes, sed declarant communis notiones alia magis alia — quo modo igitur Chrysippus? Fortitudo est, inquit, scientia rerum perferendarum vel adfectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore. Quamvis licet insectemur istos, ut 24 53

4. *facinus fecit* cet., jambische Oktonare, viell. aus Pacuvius.

inclinantibus, in der Militärsprache als Intransitivum 'zurückweichen'; so bei Liv. öfter.

5. *summam rem* = *universae reipublicae salutem.* 'Als der Griechen Schiffe brannten, war in seinem Arm das Heil.' Vgl. Hom. Il. XV. 727 sqq. An den Wahnsinn des Ajax ist hier nicht zu denken und *in furore* bedeutet (ebenso wie *insaniens*): in der Zornwut.

7. *Tracta* 'Nimm vor', also = *considera.* Wegen der Structur des Satzes s. I. 13, 30 zu *Tolle.*

8. *stomacho* = *ira* (wie auch oben 21, 48 *stomachari*) nicht selten; in gleichem Sinne nachher *rabies.*

9. *legi summae*, d. h. der Vernunft.

in perpetiendis rebus, sc. *adversis.*

12. *contrariarum*, d. i. *non formidolosarum.* Stob. Ecl. eth. p. 104: *ἀνδρείαν δὲ (ὁ Ζήνων φησὶν εἶναι) ἐπιστήμην δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων.* Ähnlich Plato im Lach. § 67: *Τὴν ἀνδρείαν ἐπιστήμην φῂς δεινῶν τε καὶ θαῤῥαλέων εἶναι.*

aut omnino neglegendarum, d. i. der *ἀδιάφορα.* Nach dem griech. Original könnte man *et* statt *aut* erwarten, aber Cic. hat sich, wie auch der Zusatz *omnino* beweist, nicht genau danach gerichtet u. die *ἀδιάφορα* als einen zweiten Hauptteil den Dingen, welche nach der einen oder anderen Seite ein Interesse einflößen, entgegengesetzt.

13. *Chrysippus*, s. zu I. 45, 108.

14. *Sphaerus*, vom thracischen Bosporus, ein Schüler Zenos, lehrte zuerst in Lacedämon, dann in Alexandria.

15. *omnino* hier konzessiv: 'allerdings = zwar'.

16. *communis notiones.* Daſs nicht *Stoicorum*, sondern *omnium hominum* hinzuzudenken ist, ergiebt sich aus dem Folgenden: *notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam.*

17. *igitur*, wie 5, 9.

19. *Quamvis licet insectemur* =

Carneades solebat, metuo ne soli philosophi sint. Quae enim istarum definitionum non aperit nationem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam? qua aperta quis est qui aut bellatori aut imperatori aut oratori quaerat aliquid neque eos existumet sine rabie quicquam fortiter facere
54 posse? Quid? Stoici, qui omnis insipientis insanos esse dicunt, nonne ista conligunt? Remove perturbationes maxumeque iracundiam, iam videbuntur monstra dicere. Nunc autem ita disserunt, sic se dicere omnis stultos insanire, ut male olere omne caenum. At non semper. Commove, senties. Sic iracundus non semper iratus est; lacesse, iam videbis furentem. Quid? ista bellatrix iracundia, cum domum rediit, qualis est cum uxore, cum liberis, cum familia? an tum quoque est utilis? Est igitur aliquid, quod perturbata mens melius possit facere quam constans? an quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? Bene igitur nostri, cum omnia essent in *moribus* vitia, quod nullum erat iracundia foedius, iracundos solos *morosos* nominaverunt.

25 Oratorem vero irasci minime decet, simulare non dedecet.
55 An tibi irasci tum videmur, cum quid in causis acrius et vehe-

Licet insectemur, quantum vis. So de leg. III. 10, 24: *quamvis enumeres multos licet = licet enumeres, quam multos vis.* Das Subjekt zu *insectemur* sind die Akademiker, *istos* die Stoiker.

1. *Carneades*, s. zu III. 22, 54. Vgl. de deor. n. II. 65, 162: *Carneades lubenter in Stoicos invehebatur.*

metuo ne — sint 'dürften leicht — sein'. Man sieht, wie sehr Cic. Eklektiker ist. Eben noch hatte er sich zu den Akad. gerechnet.

2. *notionem — involutam.* So Orat. 33, 116: *involutae rei notitia definiendo aperienda est.*

4. *qui — quaerat aliquid* 'der für — noch etwas Weiteres verlangt'; *neque existumet quicquam = existumetque nihil.*

6. *omnis insipientes insanos.* Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται. Vgl. Cic. Parad. 4 und oben III. 4, 9.

7. *ista conligunt*, d. h. sie gehen, um diesen Satz zu beweisen, die genannten Klassen sämtlich durch, und zeigen, dafs nur der Weise, welcher von den Leidenschaften frei ist, ein wahrer *bellator* u. s. w. sei.

Remove — videbuntur, wie § 53: *tracta — intelleges.* Sinn: Wollte man die Leidenschaften und insbesondere die *iracundia* aus der Rubrik *insania* streichen, so wäre jener Satz der Stoiker Unsinn.

8. *monstra dicere* (*narrare* und dgl.): etwas Ungereimtes, Albernes sagen; mehrmals in Ciceros Briefen.

Nunc autem, s. zu III. 1, 2.

10. *Commove*, sc. *caenum.*

12. *cum — rediit*, s. zu I. 11, 24: *posui* und vgl. zu V. 25, 70: *conlocatam.*

17. *morosos*, eigentl.: 'von eigenem Charakter', daher 'eigensinnig, launisch'. Sen. de ira I. 4: *inter hos (iracundos) morosum ponas licet, delicatum iracundiae genus.*

19. *Oratorem* cet., mit Bezug auf 19, 43. Zu *simulare* suppl. *irasci.*

20. *An tibi irasci* cet. mit Bezug auf den im vorigen liegenden Gedanken: *simulant oratores.* Ganz

mentius dicimus? Quid? cum iam rebus transactis et praeteritis orationes scribimus, num irati scribimus?

Ecquis hoc animadvertit? vincite!

num aut egisse umquam iratum Aesopum aut scripsisse existimas iratum Accium? Aguntur ista praeclare et ab oratore quidem melius, si modo est orator, quam ab ullo histrione, sed aguntur leniter et mente tranquilla. Libidinem vero laudare cuius est libidinis? Themistoclem mihi et Demosthenen profertis, additis Pythagoran, Democritum, Platonem. Quid? vos studia libidinem vocatis? quae vel optimarum rerum, ut ea sunt, quae profertis, sedata tamen et tranquilla esse debent. Iam aegritudinem laudare, unam rem maxime detestabilem, quorum est tandem philosophorum? At commode dixit Afranius:

Dúm modo doleat áliquid doleat quídlubet.

Dixit enim de adulescente perdito ac dissoluto, nos autem de constanti viro ac sapienti quaerimus. Et quidem ipsam illam iram centurio habeat aut signifer vel ceteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. Utile est enim uti

entgegengesetzt ist freilich Ciceros Urteil de or. II. 45, 189 ff.; or. 38, 132 und Hor. de art. poët. 101 ff.

1. *rebus transactis.* Die Reden wurden in der Regel ganz frei oder nach einem Entwurfe gehalten und erst später ausgearbeitet (s. Cat. M. 11, 38), nur ausnahmsweise abgelesen (s. p. Planc. 29, 74).

3. *Ecquis — vincite!* Anfang eines troch. Verses aus dem Atreus des L. Accius (s. zu I. 28, 68): 'Ahndet denn dies niemand? Bindet ihn!' Objekt zu *egisse* und *scripsisse.*

4. *egisse — Aesopum. Agere* ist der term. techn. von der Darstellung des Schauspielers. Über Aesopus, der wahrscheinlich die Titelrolle hatte, s. II. 17, 39.

6. *si modo est orator,* prägnant: 'ein Redner im vollen Sinne des Wortes'. Vgl. 19, 43: *Virum.*

7. *Libidinem* cet. bis zum Ende des Kap., in Bezug auf 19, 44 u. 20, 45. Mit dem Wortspiel *libidinem — libidinis* vgl. I. 40, 95: *levius — levitati.*

8. *Demosthenen — Pythagoran,* s. I. 5, 10.

9. *vos studia libidinem vocatis?* Sinn: Ihr verwechselt die Begriffe Lust und Streben.

11. *Iam aegritudinem* 'und nun gar' = *Aegritudinem vero.*

12. *unam,* bloſs zur Verstärkung des Superl. hinzugesetzt. S. zu II. 18, 43.

quorum — philosophorum? 'was ist das für eine Philosophie!'.

13. *At* 'Aber — werdet ihr sagen —'.

Afranius, s. 20, 45.

15. *Dixit enim.* Vorher ist *vero* zu ergänzen. Vgl. zu I. 6, 11: *Quis enim.*

16. *ipsam illam iram* cet. Sinn: Wie bei einem liederlichen jungen Manne, in dem die Vernunft nicht die Oberhand hat, Bekümmernis zu seiner Besserung wünschenswert sein mag, so mag im Kriege bei dem gemeinen Soldaten der Zorn die Stelle der wahren Tapferkeit, deren er nicht fähig ist, vertreten, aber dem Weisen geziemen diese Leidenschaften nicht. — *Et quidem,* wie III. 11, 48.

18. *rhetorum — mysteria,* die

motu animi, qui uti ratione non potest; nos autem, ut testificor saepe, de sapiente quaerimus.

26 At enim aemulari utile est, obtrectare, misereri. Cur mi-
56 sereare potius quam feras opem, si id facere possis? an sine misericordia liberales esse non possumus? Non enim suscipere ipsi aegritudines propter alios debemus, sed alios, si possumus, levare aegritudine. Obtrectare vero alteri aut illa vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est, aemulari quid habet utilitatis, cum sit aemulantis angi alieno bono, quod ipse non habeat, obtrectantis autem angi alieno bono, quod id etiam alius habeat? Qui id adprobari possit, aegritudinem suscipere pro experientia, si quid habere velis? nam solum habere velle summa dementia
57 est. Mediocritates autem malorum quis laudare recte possit? Quis enim potest, in quo libido cupiditasve sit, non libidinosus et cupidus esse, in quo ira, non iracundus, in quo angor, non anxius, in quo timor, non timidus? Libidinosum igitur et iracundum et anxium et timidum censemus esse sapientem? de cuius excellentia multa quidem dici quamvis fuse lateque possunt, sed brevissime illo modo, sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam cognitionemque, quae cuiusque rei causa sit; ex quo efficitur ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat. In hanc tu igitur, tamquam in mare, quod est ventis subiectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri? Quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? ad improvisum aliquid aut repentinum? Quid potest accidere tale ei, cui nihil, quod homini evenire possit, non praemeditatum sit? Nam

feineren Künste, womit sie die Leidenschaften aufregen und benutzen.

Utile est enim, scil. *ei*; das Pron. wird aber nur selten vor dem Rel. ausgelassen, wenn es nicht in demselben Casus steht wie dieses. Vgl. V. 7, 20: *qui invenisset.*

3. *aemulari, obtrectare, misereri*, s. 20, 46.

4. *potius quam* (= statt), s. zu II. 22, 52.

8. *rivalitati*: Nebenbuhlerschaft in der Liebe, Eifersucht.

11. *pro experientia* 'statt selbst einen Versuch zu machen'.

13. *Mediocritates malorum* 'gemäfsigte Übel', s. zu III. 5, 11. Vgl. 20, 46: *in omnibus fere rebus mediocritatem esse optumam* (Behauptung der Peripatetiker).

18. *quamvis fuse*, wie I. 21, 47: *quamvis copiose.*

19. *sapientiam esse* cet. Dieselbe Erklärung s. V. 3, 7.

rerum divinarum et humanarum. Ersteres sind Gegenstände der Natur oder Wirkungen der Gottheit, letzteres die Verhältnisse und Pflichten der Menschen. Vgl. V. 3, 7 und Origenes c. Cels. III. p. 154: *ἡ σοφία ἐπιστήμη θείων ἐστὶ καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ τῶν τούτων αἰτίων.*

21. *efficitur ut*, s. zu I. 8, 16.

26. *non praemeditatum sit*, vgl. III. 14, 30: *non evenire posse.*

Nam quod aiunt, s. 20, 46; *resecari*: beschränken, einengen, wie

quod aiunt nimia resecari oportere, naturalia relinqui, quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit? Sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus, quae evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt. 27
Sed quoniam suspicor te non tam de sapiente quam de te 58
ipso quaerere — illum enim putas omni perturbatione esse liberum, te vis —, videamus quanta sint, quae a philosophia remedia morbis animorum adhibeantur. Est enim quaedam medicina certe, nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut corporibus tot res salutaris, animis nullam invenerit, de quibus hoc etiam est merita melius, quod corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in his ipsis est. Sed quo maior est in eis praestantia et divinior, eo maiore indigent diligentia. Itaque bene adhibita ratio cernit quid optumum sit, neglecta multis implicatur erroribus. Ad te igitur mihi iam con- 59
vertenda omnis oratio est; simulas enim quaerere te de sapiente, quaeris autem fortasse de te.

Earum igitur perturbationum, quas exposui, variae sunt curationes. Nam neque omnis aegritudo una ratione sedatur; alia est enim lugenti, alia miseranti aut invidenti adhibenda medicina; est etiam in omnibus quattuor perturbationibus illa distinctio,

in Verr. III. 89, 208: *voltis autem istorum audacias atque libidines aliqua ex parte resecare?*

2. *naturale, quod idem nimium* cet., vom Standpunkte der Stoiker aus gesagt, welche behaupteten, dafs auch die Steigerung des Guten oder Naturgemäfsen den Charakter desselben nicht ändere, dafs also ein Zuviel davon gar nicht möglich sei.

3. *ex errorum radicibus*, s. I. 15, 34 zu *mercedem gloriae.*

4. *circumcidenda*, vgl. I. 32, 78: *id circumcidant.*

5. Mit diesem Kap. geht Cic. zur Darstellung der gegen die Leidenschaften anzuwendenden Mittel über (bis Kap. 37 einschl.). Zuerst spricht er bis Kap. 29 über diese Aufgabe im allgemeinen, von da an in Bezug auf die einzelnen Leidenschaften.

7. *quanta* (wie wirksam) *sint, quae — remedia — adhibeantur.* Zur Wortstellung vgl. de orat. II. 30, 132: *illa quaerenda, quae — argumenta debent adferri.*

8. *Est enim*, vgl. III. 2, 3.

10. *ut invenerit* 'dafs sie erfunden haben sollte (erfunden hätte)'. Der Conj. Plusq. wäre in solchen Sätzen ganz unlateinisch.

12. *animorum salus* cet. Dafs die Heilung des Geistes leichter und sicherer erfolge als die des Körpers, hat Cicero auch III. 3, 5 gesagt.

18. *curationes* 'Heilmethoden', wie de or. I. 7, 22: *dictionibus*: Darstellungsarten; II. 50, 204: *defensionum*: Verteidigungsformen.

19. *neque omnis aegritudo* cet. *Neque* ist hier partic. pendens (wie III. 3, 5 *et* vor *morbi*). Es sollte folgen: *et in omnibus quattuor perturbationibus illa distinctio est.*

20. *miseranti.* Festus: *Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda; miseretur is, qui miserum sublevat.*

utrum ad universam perturbationem, quae est aspernatio rationis aut appetitus vehementior, an ad singulas, ut ad metum, lubidinem, reliquas melius adhibeatur oratio, et utrum illudne non videatur aegre ferundum, ex quo suscepta sit aegritudo, an omnium rerum tollenda omnino aegritudo, ut, si quis aegre ferat se pauperem esse, idne disputes, paupertatem malum non esse, an hominem aegrè ferre nihil oportere. Nimirum hoc melius, nè, si forte de paupertate non persuaseris, sit aegritudini concedendum; aegritudine autem sublata propriis rationibus, quibus heri usi sumus, quodam modo etiam paupertatis malum tollitur.

28 60 Sed omnis eius modi perturbatio animi placatione abluatur illa quidem, cum doceas nec bonum illud esse, ex quo laetitia aut libido oriatur, nec malum, ex quo aut metus aut aegritudo; verum tamen haec est certa et propria sanatio, si doceas ipsas perturbationes per se esse vitiosas nec habere quicquam aut naturale aut necessarium, ut ipsam aegritudinem leniri videmus, cum obicimus maerentibus imbecillitatem animi effeminati, cumque eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patiantur. Quod quidem solet eis etiam accidere, qui illa mala esse censent, ferenda tamen aequo animo arbitrantur. Putat aliquis esse voluptatem bonum, alius autem pecuniam; tamen et ille ab intemperantia et hic ab avaritia avocari potest. Illa autem altera ratio et oratio, quae simul et opinionem falsam tollit et aegritudinem detrahit, est ea quidem utilior, sed raro

1. *ad universam perturbationem*, s. zu II. 1, 4.

3. *adhibeatur oratio*, vgl. 29, 62: *eadem sit omnibus adhibenda oratio.*

utrum illudne. So wird öfters nach *utrum* noch *ne* an das betonte Wort angehängt, z. B. p. Quinct. 30, 92: *Ea res in discrimine versatur, utrum possitne se contra luxuriam — defendere.*

7. *Nimirum* 'Unstreitig'; *concedendum*, s. zu 29, 63.

10. *heri*, d. h. im 3. Buche.

12. *abluatur*, Conj. concess., dem nachher *Verum tamen* cet. gegenübersteht. *Abluere*, weniger als *tollere*, bezeichnet nur die oberflächliche Beseitigung einer Sache.

13. *illa quidem*, s. zu I. 3, 6. Ebenso am Ende des Paragraphen: *est ea quidem utilior.*

19. *non turbulente* = *non perturbati.*

20. *Quod quidem — accidere*, näml. *ut obiecta imbecillitate animi effem. et laudata gravitate et constantia moveantur.*

22. *Putat aliquis*, s. z. II. 24, 56: *ira exardescit.* Übrigens steht dieser Satz bis *potest* mit dem Ganzen in sehr lockerem Zusammenhang und könnte überhaupt sehr wohl entbehrt werden.

24. *Illa — altera ratio*: die erstere — dafs man nämlich zeigt, dafs die Sache, aus der die Bekümmernis kommt, kein Übel sei. Vgl. III. 32, 77. 78. — Wegen *ratio et oratio* s. zu IV. 17, 38.

25. *utilior*, d h. übt eine gröfsere Wirkung auf diejenigen aus, bei

proficit neque est ad volgus adhibenda. Quaedam autem sunt 61
aegritudines, quas levare illa medicina nullo modo possit, ut, si quis aegre ferat nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis, propter mala is quidem angatur, sed alia quaedam sit ad eum admovenda curatio, et talis quidem, quae possit esse omnium etiam de ceteris rebus discrepantium philosophorum. Inter omnis enim convenire oportet commotiones animorum a recta ratione aversas esse vitiosas, ut, etiam si vel mala sint illa, quae metum aegritudinemve, vel bona, quae cupiditatem laetitiamve moveant, tamen sit vitiosa ipsa commotio. Constantem enim quendam volumus, sedatum, gravem, humana omnia spernentem illum esse, quem magnanimum et fortem virum dicimus. Talis autem nec maerens nec timens nec cupiens nec gestiens esse quisquam potest. Eorum enim haec sunt, qui eventus humanos superiores quam suos animos esse ducunt.

Qua re omnium philosophorum, ut ante dixi, una ratio est 29
medendi, ut nihil, quale sit illud, quod perturbet animum, sed de 62
ipsa sit perturbatione dicendum. Itaque primum in ipsa cupiditate, cum id solum agitur, ut ea tollatur, non est quaerendum, bonum illud necne sit, quod lubidinem moveat, sed lubido ipsa tollenda est, ut sive, quod honestum est, id sit summum bonum, sive voluptas, sive horum utrumque coniunctum, sive tria illa genera bonorum, tamen, etiam si virtutis ipsius vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio. Continet autem omnem sedationem animi humana in conspectu posita natura, quae quo facilius expressa cernatur, explicanda est

denen sie sich anwenden läfst.

raro proficit 'sie schlägt selten an'. So *proficere* auch von wirklichen Arzneimitteln.

3. *officii* 'Pflichtgefühl'; vgl. II. 20, 46 zu *gloria*.

4. *propter mala* 'wegen wirklicher Übel'.

6. *de ceteris rebus*, d. h. über die äufseren Dinge, über deren Wert in den einzelnen Philosophenschulen verschiedene Ansichten herrschten.

10. *Constantem — quendam*, wie II. 4, 11: *excelsum quendam*.

12. *spernentem*, seltener als *contemnere* oder *despicere res humanas*.

15. *superiores quam* cet., d. h. welche . . höher anschlagen als die Würde ihres Geistes.

22. *tria illa genera bonorum* (d. h. ihr Besitz): die Güter des Geistes, die des Körpers und die äufseren oder Glücksgüter; s. V. 30, 85 und 8, 23.

23. *etiam si — sit*: auch wenn ein allzu leidenschaftliches Verlangen nach der Tugend selbst vorhanden wäre, d. h. wenn es sich darum handelte.

24. *ad deterrentum*, näml. von dem, was das Gemüt leidenschaftlich erregt.

adhibenda oratio, s. zu 27, 59.

25. *in conspectu posita*, d. h. die Darlegung.

26. *expressa* 'scharf ausgeprägt'; vgl. I. 26, 65: *expressimus* u. III. 2, 3. Zu *communis condicio lexque vitae* vgl. III. 16, 34.

63 oratione communis condicio lexque vitae. Itaque non sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tris versus revocasse dicitur Socrates:

Neque tám terribilis úlla fando ordtio est
Nec sórs nec ira caélitum invectúm malum
Quod nón natura humána patiendo écferat.

Est autem utilis ad persuadendum ea, quae acciderint, ferri et posse et oportere enumeratio eorum, qui tulerunt. Etsi aegritudinis sedatio et hesterna disputatione explicata est et in Consolationis libro, quem in medio — non enim sapientes eramus — maerore et dolore conscripsimus, quodque vetat Chrysippus, ad recentis quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus naturaeque vim attulimus, ut magnitudini medicinae doloris magnitudo concederet.

30 64 Sed aegritudinis, de qua satis est disputatum, finitimus est metus, de quo pauca dicenda sunt. Est enim metus, ut aegritudo praesentis, sic ille futuri mali. Itaque non nulli aegritudinis partem quandam metum esse dicebant; alii autem metum praemolestiam appellabant, quod esset quasi dux consequentis molestiae. Quibus igitur rationibus instantia feruntur, eisdem contemnuntur sequentia. Nam videndum est in utrisque, ne quid

2. *primos tris versus.* Eurip. Orest. 1—3:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
ἥς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Den letzten Vers hat übrigens Cic. unrichtig übersetzt, da ἄραιτο den Sinn hat: *sustinere cogatur.* Auch das vorhergehende ἔπος ist hier nicht *oratio* sond. *res.*

revocasse 'da capo verlangt haben'. (Gewöhnlich ist der Schauspieler Objekt; so p. Arch. 8, 18).

6. *ecferat* = überstehn, nur in der vorklassischen Poesie.

8. *Etsi*, wie I. 42, 99.

9. *in Consolationis libro*, s. zu I. 26, 65.

11. *Chrysippus.* Über s. Ansicht darüber und über den Ausdruck *tumores animi* s. III. 31, 76. Plin. ep. V. 16: *Ut crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur atque ultro requirit, sic recens animi dolor consolationes reicit ac refugit, mox desiderat et clementer admotis acquiescit.*

14. *concederet* = *cederet*: das Feld räumte, wie in Ciceros bekanntem Verse: *Cedant arma togae, concedat laurea laudi*; doch auch in Prosa nicht selten. Vgl. 27, 59.

16. *Est enim — mali*, s. III. 11, 25. Wegen *ille* bei *sic* s. I. 17, 40 zu *sic hae.*

18. *praemolestiam, ἅπαξ λεγόμενον*: 'Vorbetrübnis'.

19. *dux* 'Vorläuferin'.

20. *instantia*, wie oben 6, 11; *sequentia* = *futura*, wie de div. I. 55, 126: *quae praeterierunt, quae instant, quae sequentur.* So auch *consequentis* unmittelbar vorher u. III, 15, 33; IV. 8, 19.

humile, summissum, molle, effeminatum, fractum abiectumque faciamus. Sed quamquam de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, levitate dicendum est, tamen multum prodest ea, quae metuuntur, ipsa contemnere. Itaque sive casu accidit sive consilio, percommode factum est, quod eis de rebus, quae maxime metuuntur, de morte et de dolore, primo et proxumo die disputatum est. Quae si probata sunt, metu magna ex parte liberati sumus.

Ac de malorum opinione hactenus; videamus nunc de bonorum, id est de laetitia et de cupiditate. Mihi quidem in tota ratione ea, quae pertinet ad animi perturbationem, una res videtur causam continere, omnis eas esse in nostra potestate, omnis iudicio susceptas, omnis voluntarias. Hic igitur error est eripiendus, haec detrahenda opinio atque, ut in malis opinatis tolerabilia, sic in bonis sedatiora sunt efficienda ea, quae magna et laetabilia ducuntur. Atque hoc quidem commune malorum et bonorum, ut, si iam difficile sit persuadere nihil earum rerum, quae perturbent animum, aut in bonis aut in malis esse habendum, tamen alia ad alium motum curatio sit adhibenda aliaque ratione malivolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus corrigendus. Atque erat facile sequentem eam rationem, quae maxime probatur de bonis et malis, negare umquam laetitia

31 65

66

1. *fractum abiectumque*: ‘wobei man sich kraftlos wegwirft’.

4. *consilio*, näml. *factum est*, also ein Zeugma.

6. *primo et proxumo die*, im 1. u. 2. Buche.

9. *Ac de — hactenus*: ‘So viel von —’. Vgl. III. 31, 74: *Satis dictum*. Über *malorum opinio* s. I. 13, 30 zu *deorum opinio*.

10. *in tota ratione*, hier = philosophische Erörterung. Vgl. I. 22, 53.

11. *ad animi perturbationem — omnis eas*. Solche Übergänge vom Sing. (dem Genus) zum Plur. (den Species) kommen auch sonst vor. Acad. I. 10, 38: *cumque perturbationem animi — non tollerent — cumque eas perturbationes — naturalis esse dicerent*; und umgekehrt, unten V. 15, 43: *cum perturbationes animi miseriam efficiant duplexque ratio perturbationis sit*. Vgl. II. 23, 54 zu *corporibus — animus*.

res = argumentum, s. zu III. 16, 34: *nihil esse*.

12. *causam continere*, s. III. 24, 58 zu *quod rem continet*.

13. *Hic — error*, dafs sie nicht in unserer Gewalt ständen.

15. *tolerabilia*, sc. *ea quae gravia et tristia ducuntur*.

sedatiora (geringfügiger), von der Leidenschaft selbst auf die Ursache derselben übertragen. So auch I 35, 86: *fortunatum*.

17. *si iam*, ganz unser ‘wenn schon, wenn denn wirklich’; ebenso 35, 75: *si iam ipsa illa accusare nolis*; I. 22, 50.

20. *rursus*, s. zu I. 17, 40.

21. *eam rationem*, sc. *Stoicorum*, da diese als das einzige Gut die Tugend, als das einzige Übel das Laster ansahen. Zu *Atque* vgl. III. 2, 4. Die folgenden Worte *de bonis et malis* gehören zu *rationem*; ebenso Lael. 1, 4: *Cat. m., qui est scriptus ad te de senectute*.

adfici posse insipientem, quod nihil umquam haberet boni. Sed loquimur nunc more communi. Sint sane ista bona, quae putantur, honores, divitiae, voluptates, cetera, tamen in eis ipsis potiundis exsultans gestiensque laetitia turpis est, ut, si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. Eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo in dolore contractio, eademque levitate cupiditas est in appetendo, qua laetitia in fruendo, et, ut nimis adflicti molestia, sic nimis elati laetitia iure iudicantur leves. Et cum invidere aegritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere laetitiae, utrumque immanitate et feritate quadam proponenda castigari solet. Atque ut providere decet, timere non decet, sic gaudere decet, laetari non decet, quoniam
67 docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus. Illud iam supra diximus, contractionem animi recte fieri numquam posse, elationem posse. Aliter enim Naevianus ille gaudet Hector:

Laétus sum laudári me abs te, páter, a laudató viro,

aliter ille apud Trabeam:

Léna delenita argento nútum observabit meum,
Quid velim, quid stúdeam; adveniens digito inpellam iánuam,
Fóres patebunt; de inproviso Chrýsis ubi me aspéxerit,
Alacris ob viám mihi veniet cónplexum exoptáns meum,
Míhi se dedet.

2. *Sint sane*, s. zu 21, 48.

3. *in eis ipsis potiundis*, s. III. 7, 15: *ad suum munus fungendum.*

5. *eodem vitio est*, Abl. qualit.: 'es ist in gleichem Grade fehlerhaft', für das gewöhnl. *in eodem vitio est* (s. zu III. 9, 19), wegen des folgenden *in laetitia.*

6. *effusio animi* 'die Ausgelassenheit', *animi contractio* 'Kleinmütigkeit', wie 6, 14: *animos demittunt et contrahunt.* Vgl. auch I. 37, 90.

8. *iudicantur leves*, vgl. 22, 50. So de off. I. 26, 90: *Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre levitatis est.*

6. *malis alienis*, Abl. caus., wie ad Att. XIV. 14, 4: *laetitiam oculis cepi iusto interitu tyranni.* Jedoch ist bei *capere voluptatem, laetitiam, fructum* u. ä. die Präposition *ex* das regelmäfsige.

10. *immanitate — proponenda*: 'durch Vorhaltung der darin liegenden Unmenschlichkeit und Rohheit'.

13. *supra diximus*, s. 6, 14, wo es hiefs, dafs ein gegenwärtiges Übel den Weisen durchaus nicht affizieren könne, (dafs es daher keine der *aegritudo* parallele *constantia* gebe,) wogegen bei einem gegenwärt. Gute dem Weisen zwar nicht *laetitia*, aber *gaudium* gestattet ist (s. § 13).

14. *numquam posse* cet., s. zu I. 48, 116: *non defuit.*

15. *Naevianus Hector*, wie III. 26, 62: *Agamemno Homericus.* Die Tragödie des Nävius hiefs *Hector proficiscens.*

16. *Laetus* cet., auch ad fam. XV. 6, 1 citiert.

17. *apud Trabeam*, einem Komiker. Der Titel des Stückes ist unbekannt.

20. *Fores*, s. zu III. 19, 44: *domi.*

Quam haec pulchra putet, ipse iam dicet:

Fórtunam ipsam anteíbo fortunís meis.

Haec laetitia quam turpis sit, satis est diligenter attendentem penitus videre. Et ut turpes sunt, qui efferunt se laetitia tum, cum fruuntur Veneriis voluptatibus, sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. Totus vero iste, qui volgo appellatur amor — nec hercule invenio quo nomine alio possit appellari —, tantae levitatis est, ut nihil videam, quod putem conferendum; quem Caecilius 32 68

deúm qui non summúm putet,
Aut stúltum aut rerum esse ínperítum existumat:
Cuius in manu sit, quem ésse dementém velit,
Quem sápere, quem sanári, quem in morbum ínici,
. . . . . .
Quem cóntra amári, quem éxpeti, quem arcéssier.

O praeclaram emendatricem vitae poëticam! quae amorem, flagitii et levitatis auctorem, in concilio deorum conlocandum putet. De comoedia loquor, quae, si haec flagitia non probaremus, nulla esset omnino. Quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum? 69

2. *Fortunam* cet., mit *Mihi* cet. ein Vers (was auch in *iam* 'sogleich' angedeutet ist). Mit dem Wortspiel *Fortunam — fortunis* vgl. Plaut. Most. II. 1, 4: *nec Salus nobis saluti iam esse potest.*

3. *satis est — videre*, Verkürzung für: *ut penitus videamus, satis est diligenter attendere.*

5. *sic flagitiosi* 'so bedecken sich die mit Schande —'.

7. *quo nomine alio.* Die Griechen haben zwei Wörter: *ἐρᾶν* und *ἔρως* von sinnlicher, *φιλεῖν* und *φιλία* von geistiger Liebe.

9. *Caecilius*, s. zu III. 23, 56; *quem* ist mit dem folgenden Relativsatze, *Caecilius* mit *existumat* zu verbinden. In Caecilius' Stücke hiefs es unzweifelhaft *existumo.*

10. *deum qui* cet. In Eurip. *Ἀνγῇ* hiefs es (fragm. 271 Nauck):

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν
καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ κακῶν ἄπειρος ὤν
οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Ihn ahmte Menander nach, dessen Stück (die *Συναριστῶσαι*) Statius Caecilius übersetzte.

12. *Cuius in manu sit*, ergänze *eum dementem facere*; *cuius* ist einsilbig zu lesen.

15. *Quem contra* cet. Davor scheint ein Vers ausgefallen zu sein; nach Bentley etwa: *Quem odio ésse, quem contémni, quem excludí foras. — arcessier*, sc. *a puella.*

16. *O praeclaram emendatricem* cet., wie I. 21, 49 u. öfter. Zum Inhalt vgl. II. 11, 27 u. III. 2, 3.

18. *De comoedia loquor. Quid ait ex tragoedia —?* Vgl. I. 15, 34: *Loquor de principibus* cet.

19. *nulla esset omnino.* Dies gilt nur von der neueren griech. (nicht von der Aristophanischen) und von der römischen Komödie, die aus-

Tú me amoris mágis quam honoris sérvavisti grátia.
Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia! Atque ea tamen apud alium poëtam patri dicere audet se *coniugem* habuisse

'Illum, Amor quem déderat, qui plus póllet potiorque ést patre.

33 Sed poëtas ludere sinamus, quorum fabulis in hoc flagitio
70 versari ipsum videmus Iovem. Ad magistros virtutis philosophos veniamus, qui amorem negant stupri esse et in eo litigant cum Epicuro non multum, ut opinio mea fert, mentiente. Quis est enim iste amor amicitiae? cur neque deformem adulescentem quisquam amat neque formosum senem? Mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius:

Flágiti princípium est nudare inter cívis córpora.

71 Qui ut sint, quod fieri posse video, pudici, solliciti tamen et anxii sunt eoque magis, quod se ipsi continent et coërcent. Atque, ut muliebris amores omittam, quibus maiorem licentiam

schliefslich Liebeshändel zum Gegenstande hatten.

ex tragoedia, sc. *petitum*, deutsch: in der Tragödie.

1. *Tu me* cet., aus Ennius' Medea exsul., nach Eurip. Medea, wo v. 350 Iason zu Medea sagt:

Ἔρως σ' ἠνάγκασε πόνων ἀφύκτων τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

2. Auf *Quid ergo?* welches ebenso wie *Quid igitur?* die apagogische Beweisführung einleitet, hätte nach regelmäfsigem Sprachgebrauch wieder eine Frage folgen sollen: *nullane hic amor — miseriarum excitavit incendia?* Vgl. zu I. 25, 61: *Quid igitur?*

3. *apud alium poetam*, dem Accius und zwar wahrscheinlich in dessen Medea.

5. *qui plus pollet*, näml. *Amor.*

6. *quorum fabulis* 'nach deren Erdichtungen'; denn bedeutete *fabulae* 'Schauspiele', so hätte *in* nicht fehlen können.

8. *amorem negant stupri esse.* Die Stoiker sagten (nach Diog. L. VII. 130): *ἔρωτα μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας.* S. z. § 72: *Stoici.*

9. *non multum — mentiente* 'der hierin so ziemlich die Wahrheit sagt (das Richtige trifft)'. Epikur fand näml. die Liebe nur im eigentl. Liebesgenusse und definierte sie daher als *σύντονος ὄρεξις ἀφροδισίων.*

10. *amor amicitiae, ἔρως φιλίας.*

11. *in Graecorum gymnasiis.* Cic. de rep. IV. 3, 3: *opprobrio fuisse adulescentibus, si amatores non haberent*; Nep. praef. 4: *Laudi in Graecia ducitur adulescentibus quam plurimos habere amatores.* Plat. Symp. 6 u. 7.

13. *Ennius.* In welchem Stücke, ist unbekannt.

14. *Flagiti* cet. Die Römer waren in Hinsicht auf den Anstand weit strenger als die Griechen. Vgl. de off. I. 35, 129: *Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur.*

15. *Qui*, näml. *amantes*, was aus *amores*, zu ergänzen ist. S. zu 21, 48: *in eis ipsis.*

16. *ipsi*, im Gegensatz zu *leges publicae.*

17. *muliebris amores*, hier für den Gen. object., wie Liv. I. 57 extr.:

natura concessit, quis aut de Ganymedi raptu dubitat quid poëtae velint, aut non intellegit quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius? Quid denique homines doctissimi et summi poëtae de se ipsis et carminibus edunt et cantibus? Fortis vir in sua re publica cognitus quae de iuvenum amore scribit Alcaeus! Nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria; maxume vero omnium flagrasse amore Reginum Ibycum apparet ex scriptis.

Atque horum omnium libidinosos esse amores videmus. 34
Philosophi sumus exorti, et auctore quidem nostro Platone, quem non iniuria Dicaearchus accusat, qui amori auctoritatem tribueremus. Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt et amo- 72
rem ipsum conatum amicitiae faciendae ex pulchritudinis specie definiunt. Qui si quis est in rerum natura sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio, sit sane; vacat enim omni libidine; haec autem de libidine oratio est. Sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est:

muliebre certamen = de mulieribus.

1. *Ganymedi*, wie I. 41, 98: *Ulixi*. Zum Inhalt vgl. I. 26, 65.

2. *apud Euripidem*, in der verlornen Tragödie Chrysippus. Laius nämlich, der König von Theben, liebte Chrysippus, den Sohn des Pelops.

5. *Alcaeus*, der Lyriker von Mytilene, um 600 v. Chr., kämpfte gegen die Tyrannen seines Vaterlandes.

Nam, s. zu 23, 52: *nam Aiacem quidem*. Anakreon, der Lyriker, von Teos in Ionien, lebte in Samos am Hofe des Polykrates, später in Athen bei den Pisistratiden.

7. *Reginum Ibycum*, um 540 v. Chr., durch Schillers Gedicht allbekannt. Wir haben nur geringe Fragmente von ihm. Suid. s. h. v.: *γέγονεν ἐρωτομανέστατος περὶ τὰ μειράκια.*

9. *Platone*. Er nahm (im Sympos. und Phaedr.) zwei Arten der Liebe an: neben der gemeinen sinnlichen, die er selbst verwarf, eine andere, reine und geistige, die von der Anschauung schöner Körpergestalten ausgehend sich zur Seelenschönheit erhebt. Daſs Dicäarch (I. 10, 21) ihn angriff, wissen wir nur aus dieser Stelle.

11. *Stoici — dicunt*. Diog. L. VII. 129: *καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν τῶν νέων ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν.* Sie gingen also von der Voraussetzung aus, daſs in einem schönen jugendlichen Körper auch die Anlage zur Schönheit der Seele liege, und meinten, jener müsse in dem Weisen, der ihn anschaue, Liebe, d. h. das Streben nach Freundschaft zum Zwecke der Veredlung, erwecken. Daher Zeno bei Athen. XIII. p. 561: *τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι φιλίας καὶ ἐλευθερίας, ἔτι δὲ καὶ ὁμονοίας παρασκευαστικόν, ἄλλου δ' οὐδενός.*

vero, wie I. 39, 93.

13. *in rerum natura* 'in der wirklichen Welt'; vgl. V. 37, 107.

15. *de libidine — est*, s. zu I. 11, 24: *est de —*.

Sin autem. Der Nachsatz fehlt, weil Cic. das angeführte Beispiel weiter verfolgt. Dem Sinne nach muſste er etwa heiſsen: *is certe contemnendus est.*

16. *ut est certe*. Brut. 19, 76: *sit Ennius sane, ut est certe, perfectior*. Vgl. I. 18, 41: *sicut est.*

17. *in Leucadia*, im 'Mädchen

Si quidem sit quisquam deus,
Cui ego sim curae.

73 At id erat deis omnibus curandum, quem ad modum hic frueretur voluptate amatoria.

Heu me infelicem!

Nihil verius. Probe et ille:

Sánusne es, qui témere lamentáre?

Hic insanus videtur etiam suis. At quas tragoedias efficit!

Te, Apóllo sancte, fér opem, teque, omnipotens Neptune, invoco
Vosque ádeo, venti!

Mundum totum se ad amorem suum sublevandum conversurum putat, Venerem unam excludit ut iniquam:

nam quid ego te appellém, Venus?

Eam prae lubidine negat curare quicquam; quasi vero ipse non propter lubidinem tanta flagitia et faciat et dicat.

35 74 Sic igitur adfecto haec adhibenda curatio est, ut et illud, quod cupiat, ostendatur quam leve, quam contemnendum, quam nihili sit omnino, quam facile vel aliunde adripi vel alio modo perfici vel omnino neglegi possit. Abducendus etiam est non numquam ad alia studia, sollicitudines, curas, negotia; loci denique mutatione, tamquam aegroti non convalescentes, saepe

von Leucas', einem Lustspiel des Sextus Turpilius (eines Zeitgenossen und Freundes des Terenz), nach einem gleichnam. Stücke des Alexis; daraus sind auch die folgenden Verse entlehnt.

3. *At id erat.* *At* ist ironisch, wie sonst *scilicet.*

6. *Nihil verius.* Cicero meint, dafs er allerdings unglücklich sei, aber wegen seiner Verrücktheit.

Probe et ille, s. III. 13, 28 zu *et illa.*

8. *tragoedias* 'theatralische Effektstücke, rührende Scenen'. Ähnlich de orat. I. 51, 219: *Neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, perturbor*; ib. II. 51, 205: *tragoedias agere in nugis*; pro Mil. 7, 18: *Appiae nomen quantas tragoedias excitat!*

9. *Apollo sancte.* A. hiefs bei den Griechen vorzugsweise ἀγυιὸς θεός.

10. *adeo* 'noch dazu', wie öfter bei den älteren Dichtern.

12. *excludit ut iniquam* 'als seine Feindin'; Anspielung auf die Sitte, welche gestattete, *personas iniquas* bei einem Gerichte zu verwerfen.

15. *flagitia — dicat.* Derselbe Ausdruck: de deor. n. III. 38, 91.

16. *adfecto,* nicht substantivisch, sond. auf das vorhergehende Subjekt bezogen; *et illud — ostendatur*, s. zu III. 3, 5: *et morbi*; für *et ipse abducatur* ist anakoluthisch *abducendus etiam est* gesetzt.

17. *quam nihili sit,* s. II. 7, 17 zu *quam non.*

18. *adripi*, vgl. de deor. n. III. 11, 26: *quaerit Socrates, unde animum adripuerim, si nullus fuerit in mundo*; oben I. 46, 110.

20. *ad alia studia.* Zum Inhalt vgl. Ovid. Rem. am. 143 sqq. u. 151 sq.

loci mutatione. Ovid. l. l. 214: *I procul et longas carpere perge vias.*

21. *non convalescentes* (vgl. III. 24, 57: *patientes pauperes*): die, nach Überstehung der eigentlichen

curandus est. Etiam novo quidam amore veterem amorem tam- 75
quam clavo clavum eiciendum putant. Maxime autem admonendus est quantus sit furor amoris; omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior, ut, si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico et corruptelas et adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo, — sed ut haec omittas, perturbatio ipsa mentis in amore foeda per se est. Nam, ut illa praeteream, quae sunt furoris, haec ipsa per sese 76
quam habent levitatem, quae videntur esse mediocria:

Iniúriae,
Suspiciones, inimicitiae, indútiae,
Bellúm, pax rursum; incérta haec si tu póstules
Ratióne certa fácere, nihilo plús agas
Quam si des operam ut cúm ratione insánias.

Haec inconstantia mutabilitasque mentis quem non ipsa pravitate deterreat? Est etiam illud, quod in omni perturbatione dicitur, demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi voluntariam. Etenim si naturalis amor esset, et amarent omnes et semper amarent et idem amarent, neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret.

Ira vero, quae quam diu perturbat animum, dubitationem 36
insaniae non habet, cuius impulsu exsistit etiam inter fratres 77
tale iurgium:

Krankheit, auch nicht wieder zu Kräften kommen können; *tamquam* wie I. 36, 88.

2. *clavo clavum.* So auch im Griechischen sprichwörtlich: *ἥλῳ τὸν ἦλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον* (sc. *δεῖ ἐκκρούειν*).

4. *ut, si iam.* Infolge der Zwischensätze (*si iam — turpitudo*) beginnt Cicero der Deutlichkeit wegen mit *sed ut* den Satz von neuem; vgl. III. 8, 16: *qui sit frugi igitur.* — Über *si iam* s. zu 31, 65.

6. *accusabilis, ἅπ. λεγ.* = *ita comparata, ut in iudicium vocari possit.*

8. *illa, quae* —: Äußerungen des Wahnsinns, wie die im vorigen Kap. angeführten.

9. *habent,* s. zu III. 13, 27: *Habet.*

10. *Iniuriae* cet., aus Terenz Eun. I. 1, 14 sqq., wo die Worte vorhergehen:

In amóre haec omnia insunt vítia:

Mit dem Inhalt vgl. die schöne Stelle bei Horaz: Serm. II. 3, 260 sq.

11. *Suspiciones,* hier und öfter mit verlängerter 2. Silbe.

13. *ratione* 'durch verständige Überlegung'; *cum ratione* 'bei gesundem Verstande'; *incerta haec certa facere* 'diese wandelbaren Stimmungen zu dauernden machen'.

16. *in perturbatione dicitur,* vgl. I. 36, 88: *in morte non dicitur.*

21. *Ira vero.* Wieder ein Anakoluth, da das Prädikat zu *ira* fehlt, doch durch die weitere Besprechung des angeführten Beispiels erklärt. Die Fortsetzung des unterbrochenen Gedankens erfolgt also erst mit § 79.

dubitationem insaniae non habet. Habere ('zulassen, verbunden sein mit') mit einem Verbalsubstantiv steht oft für das Pass. des entsprechenden Verbums. So de off. III.

A. Quis homo te exsuperávit usquam géntium inpudéntia?
M. Quis item malitiá te?

Nosti quae sequuntur; alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse, eius qui meditatur poenam in fratrem novam:

Maiór mihi moles, máius miscendúmst malum,
Qui illíus acerbum cór contundam et cónprimam.

Quo igitur haec erumpit moles? Audi Thyestem:

Ipsus hortatúr me frater, út meos malís miser
Mándarem natós — —

Eorum viscera apponit. Quid est enim quo non progrediatur eodem ira quo furor? Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est de consilio, de ratione, de mente; horum enim potestas in totum animum esse debet. His aut subtrahendi sunt ei, in quos impetum conantur facere, dum se ipsi conligant — quid est autem se ipsum conligere, nisi dissupatas animi partis
78 rursum in suum locum cogere? — aut rogandi orandique sunt, ut, si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. Defervescere autem certe significat ardorem animi invita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytae,

2, 9: *alterum potest habere dubitationem — alterum dubitari non potest*; ähnlich unten V. 13, 38: *quae habent aliquam comparationem*; de fin. V. 12, 34: *quae corporis sunt, ea cognitionem habent faciliorem.* Vgl. III. 13, 27.

1. *Quis homo* cet., aus der Iphigenia des Ennius entlehnt.

3. *intorquentur inter fratres*, wofür es aktivisch heifsen würde: *fratres intorquent inter se grav. contumelias.* Vgl. auch III. 26, 63: *quae verba contorquet.*

6. *Maior* cet., aus dem Atreus des Accius; auch de deor. n. III. 26, 68 und de orat. III. 58, 219 angeführt. Wegen der *παρήχησις* s. I. 35, 85 zu *vi vitam evitari.*

miscendumst malum, nach Analogie von *venenum miscere.* Ebenso in Cat. IV. 3, 6: *nova quaedam misceri et concitari mala iam pridem videbam.* — Übrigens beachte man auch das Zeugma: zu *moles* ist *movenda* oder dergl. zu denken.

7. *Qui* = *quo modo*, wie Nep. Arist. 3, 2: *ut, qui efferretur, vix reliquerit.*

9. *ipsus*, ältere Form für *ipse.*

malis (meinen Kinnbacken) *mandarem*, nicht *mandĕrem*, haben die besten Handschr. hier und de orat. III. 58, 217, wo dasselbe Citat vorkommt; ebenso Lucr. II. 638: *Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus. Malis mandĕrem* ist auch weniger poetisch.

11. *Quid est — quo furor?* zusammengezogen aus: *Quid est quo non progr. ira?* und *ira eodem progreditur quo furor.*

12. *exisse de pot.*, vgl. III. 5, 11.

19. *Defervescere*: das Auskochen, d. h. die Thatsache, dafs er auskocht.

20. *Ex quo*: demgemäfs, mit Bezug auf *rogandi — differant.*

Archytae, Pythagoreer, Platos Zeitgenosse und Freund. Val. Max. IV. 1, ext. 1: *Tarentinus Archytas, dum se Pythagorae praeceptis Metaponti penitus immergit, magno labore longoque tempore*

qui cum vilico factus esset iratior: ‘*Quo te modo*’ inquit ‘*accepissem, nisi iratus essem?*’

37 Ubi sunt ergo isti, qui iracundiam utilem dicunt — potest 79
utilis esse insania? — aut naturalem? An quicquam est secundum
5 naturam, quod fit repugnante ratione? quo modo autem, si naturalis esset ira, aut alius alio magis iracundus esset, aut finem haberet prius, quam esset ulta, ulciscendi libido, aut quemquam paeniteret, quod fecisset per iram? ut Alexandrum regem videmus, qui cum interemisset Clitum familiarem suum, vix a se
10 manus abstinuit; tanta vis fuit paenitendi. Quibus cognitis quis est qui dubitet, quin hic quoque motus animi sit totus opinabilis ac voluntarius? [Quis enim dubitarit quin aegrotationes animi, qualis est avaritia, gloriae cupiditas, ex eo, quod magni aestumetur ea res, ex qua animus aegrotat, oriantur? Unde intellegi
15 debet perturbationem quoque omnem esse in opinione. Et si 80
fidentia, id est firma animi confisio, scientia quaedam est et opinio gravis non temere adsentientis, metus quoque est diffidentia exspectati et impendentis mali, et, si spes est exspectatio boni, mali exspectationem esse necesse est metum. Ut igitur metus,
20 sic reliquae perturbationes sunt in malo. Ergo ut constantia scientiae, sic perturbatio erroris est.] Qui autem natura dicuntur iracundi aut misericordes aut invidi aut tale quid, ei sunt constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen, ut Socrates

solidum opus doctrinae complexus, postquam in patriam revertitur ac rura sua revisere coepit, animadvertit neglegentia vilici corrupta et perdita, intuensque male meritum: Sumpsissem, inquit, a te supplicium, nisi tibi iratus essem; maluit enim impunitum dimittere, quam propter iram gravius iusto punire. Vgl. de re publ. I. 38, 59. Andere legen den Ausspruch dem Sokrates oder Plato bei.

1. *accepissem*, wie II. 14, 34; familiär, daher bes. bei den Komikern.

3. *Ubi sunt* cet. Wir sagen: ‘Wo bleiben sie?’ Vgl. de or. II. 14, 59.

8. *ut Alexandrum videmus*, sc. *paenituisse. Videmus* wie 22, 50.

9. *cum interemisset Clitum*, bei einem Trinkgelage in Maracanda, im Winter 329—328. Arrian. IV. 8; Plut. Al. 50. 51; Curt. VIII. 1, 3—2, 1.

10. *paenitendi*, nicht *paenitentiae*, welches Subst. erst bei Liv. vorkommt.

12. *enim* wäre nur dann richtig, wenn der Gedanke folgte, daſs alle Affekte *opinabiles* und *voluntarii* seien. Aber die eingeklammerten Sätze unterbrechen überhaupt den Zusammenhang in völlig ungerechtfertigter Weise. S. d. krit. Anh.

15. *perturbationem quoque* cet. wäre erträglich, wenn der Satz vorherginge, daſs die *aegrotationes animi* aus den *perturbationes* hervorgehen.

16. *fidentia*, wofür nach 6, 13 *cautio* zu erwarten war, kommt nur noch de inv. II. 54, 163, *confisio* nur an unserer Stelle vor. Übrigens ist der ganze Syllogismus unverständlich.

20. *constantia*. Über diesen Begriff bei den Stoikern s. oben 6, 12—14.

23. *mala valetudine*, s. 12, 27 ff.

dicitur, cum multa in conventu vitia conlegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent, ab ipso autem Socrate sublevatus, cum illa sibi insita, sed ratione a se
81 deiecta diceret. Ergo ut optuma quisque valetudine adfectus potest videri natura ad aliquem morbum proclivior, sic animus alius ad alia vitia propensior. Qui autem non natura, sed culpa vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant e falsis opinionibus rerum bonarum et malarum, ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior. Inveteratio autem, ut in corporibus, aegrius depellitur quam perturbatio, citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur.

38
82 Sed cognita iam causa perturbationum, quae omnes oriuntur ex iudiciis opinionum et voluntatibus, sit iam huius dispu-

1. *conlegisset in eum*, prägnant für: *in Socrate conlecta in eius opprobrium explicasset.*

Zopyrus. Cicero de fato 5, 10: *Socratem nonne legimus quem ad modum notarit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, voltu, fronte pernoscere? Stupidum esse Socraten dixit et hardum —, addidit etiam, mulierosum.* Dieser Zopyrus soll ursprüngl. ein thracischer Sklave und *παιδαγωγός* des Alcibiades gewesen sein; er ist der älteste Physiognomiker, von dem wir wissen. (Nachher schrieb Aristoteles über diesen Gegenstand.)

2. *derisus est* cet., anakoluthisch für: *derisum a ceteris — ipse sublevasse.*

4. *insita*, entsprechend dem vorhergehenden *natura dicuntur iracundi* cet.

5. *Ergo ut* cet. Durch die vorher über Sokrates erzählte Anekdote wird Cic. daran erinnert, dafs auch die besten Naturen ihrer ursprünglichen Anlage nach von Fehlern nicht frei sind, dafs diese jedoch immer überwunden werden können, aber freilich eingewurzelte mit gröfserer Schwierigkeit als eben erst entstandene. Zugleich verleitet ihn aber die Erwähnung der Naturanlage zu einer ganz unnötigen (in seiner Quelle vielleicht vorgefundenen) Unterscheidung zwischen unverschuldeter und verschuldeter Fehlerhaftigkeit, wobei er noch denjenigen Zustand als *proclivitas* bezeichnet, welcher nach 10, 23 vielmehr *morbus* heifsen sollte. Darüber ist der ihm ursprünglich vorschwebende Hauptgedanke, dafs jene Fehler dennoch heilbar seien, nicht zum Ausdruck gelangt.

10. *Inveteratio* (*ἅπ. λεγ.*) sc. *vitii*, für *inveteratum vitium.* Vgl. III. 5, 11: *mediocritas officiorum.* Die Form des Ausdrucks ist hier durch den Gegensatz *perturbatio* ('eine vorübergehende Störung') veranlafst. Zum Inhalt vgl. 10, 24.

12. *lippitudo* ist 'Augenleiden' überhaupt; bei den Römern infolge des Klimas sehr gewöhnlich. Bei Krankheiten ist *diuturnus* unser 'chronisch', *repentinus* 'acut'.

depellitur. Die Wiederholung desselben Verbums erklärt sich aus dem Streben Ciceros nach symmetrischer Abrundung, sowie nach vollständiger Ausprägung des Gedankens in Vergleichungen und Gegensätzen. Vgl. zu V. 6, 16: *torrent.*

14. *ex iudiciis opinionum et voluntatibus* 'aus Urteilen, welche auf Einbildungen beruhen, und aus dem Willen jedes einzelnen'.

tationis modus. Scire autem nos oportet cognitis, quoad possunt ab homine cognosci, bonorum et malorum finibus nihil a philosophia posse aut maius aut utilius optari quam haec, quae a nobis hoc quadriduo disputata sunt. Morte enim contempta et dolore ad patiendum levato adiunximus sedationem aegritudinis, qua nullum homini malum maius est. Etsi enim omnis animi perturbatio gravis est nec multum differt ab amentia, tamen ceteros, cum sunt in aliqua perturbatione aut metus aut laetitiae aut cupiditatis, commotos modo et perturbatos dicere solemus, at eos, qui se aegritudini dediderunt, miseros, adflictos, aerumnosos, calamitosos. Itaque non fortuito factum videtur, sed a te 83
ratione propositum, ut separatim de aegritudine et de ceteris perturbationibus disputaremus; in ea est enim fons miseriarum et caput. Sed et aegritudinis et reliquorum animi morborum una sanatio est, omnis opinabilis esse et voluntarios ea reque suscipi, quod ita rectum esse videatur. Hunc errorem quasi radicem malorum omnium stirpitus philosophia se extracturam pollicetur. Demus igitur nos huic excolendos patiamurque nos 84
sanari. His enim malis insidentibus non modo beati, sed ne sani quidem esse possumus. Aut igitur negemus quicquam ratione confici, cum contra nihil sine ratione recte fieri possit, aut, cum philosophia ex rationum conlatione constet, ab ea, si et boni et beati volumus esse, omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi.

sit — huius disp. modus. Über diesen Genetiv s. III. 22, 44 zu *calamitatis praesentis.*

1. *cognitis — finibus* (= *cognito summo bono et malo*), zu welchem Zwecke Cicero unmittelbar vor den Tusculanen die 5 Bücher de finibus geschrieben hatte.

2. *a philosophia*, auf die Frage 'woher?'

5. *ad patiendum* 'so dafs er erträglich wird'; s. oben 17, 37.

8. *perturbatione metus*, wie I. 45, 109: *bonis laudis et gloriae.*

12. *ratione*, wie 6, 13; dagegen unten § 84: 'durch das Denken'.

14. *caput*, von Gewässern, = *fons.* So auch in übertragener Bedeutung, z. B. de fin. V. 6, 17: *totius quaestionis fons*, und nachher in Bezug darauf: *ab eo quasi capite.* De orat. I. 10, 42 heifst Sokrates *fons et caput philosophorum.*

15. *una sanatio est*, ergänze *cum docemus* oder *docere*; s. III. 31, 76 zu *officium consolantis putent.*

ea reque. Que ist an das 2. Wort gehängt, weil *ea re*, wie *qua re*, gleichsam ein Wort ist. Aus demselben Grunde geschieht dies gewöhnlich auch nach Präpositionen. Vgl. zu III. 12, 27: *inque ea.*

22. *ex rationum conlatione* 'aus Zusammenstellung von Vernunftsätzen'.

LIBER QUINTUS.

VIRTUTEM AD BEATE VIVENDUM SE IPSA ESSE CONTENTAM.

1 1 Quintus hic dies, Brute, finem faciet Tusculanarum disputationum, quo die est a nobis ea de re, quam tu ex omnibus maxime probas, disputatum. Placere enim tibi admodum sensi et ex eo libro, quem ad me accuratissime scripsisti, et ex multis sermonibus tuis virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam. Quod etsi difficile est probatu propter tam varia et tam multa tormenta fortunae, tale tamen est, ut elaborandum sit, quo facilius probetur; nihil est enim omnium, quae in philosophia 2 tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur. Nam cum ea causa impulerit eos, qui primi se ad philosophiae studium contulerunt, ut omnibus rebus posthabitis totos se in optumo vitae statu exquirendo conlocarent, profecto spe beate vivendi tantam in eo studio curam operamque posuerunt. Quod si ab iis

1. *Quintus hic dies.* 'Dies Buch ist bei weitem das schönste, sowohl was die Sachen, als was die Darstellung betrifft; es scheint so in einem Zuge recht *con amore* geschrieben'. F. A. Wolf.

finem faciet mit d. Genet., s. III. 22, 54 zu *calamitatis praesentis.*

4. *ex eo libro,* sc. *de Virtute* (s. de fin. I. 3, 8). Brutus schlofs sich der alten Akademie, in der Moral aber der Stoa an, und schrieb auch *de officiis* und *de patientia.* Quintil. X, 1, 123: *Egregius vero philosophus multoque quam in orationibus praestantior Brutus suffecit ponderi rerum; scias eum sentire, quae dicit.*

quem ad me accuratissime scripsisti = *quem accuratissime scriptum ad me misisti.* Vgl. Lael. 1, 4: *in Catone Maiore, qui est scriptus ad te de senectute.*

multis sermonibus tuis, s. I. 46, 111 zu *duo suos filios.*

8. *nihil est e. o., — quod gravius magnificentiusque dicatur* = *nihil est e. o. — gravius et magn. quod dicatur,* vgl. 7, 19: *Cave enim putes* cet. Im folgenden wird *ea causa* 'dies Motiv' seinem Inhalt nach näher bestimmt durch den allerdings von *impulerit* abhängig gemachten Satz *ut — conlocarent,* während der Gedankenzusammenhang vielmehr die Wendung erwarten liefs: *cum ea causa, quod optimum vitae statum exquirere voluerunt, eos, qui primi — contulerunt, ad amplectendum id studium impulerit.* Die Worte *spe beate vivendi* bedeuten so viel als: *spe non frustra se operam daturos, sed adsequi optimum illum vitae statum* (i. e. *beatam vitam*) *posse,* und die durch *Nam* eigeleitete Be-

inventa et perfecta virtus est, et si praesidii ad beate vivendum in virtute satis est, quis est, qui non praeclare et ab illis positam et a nobis susceptam operam philosophandi arbitretur? Sin autem virtus subiecta sub varios incertosque casus famula fortunae est nec tantarum virium est, ut se ipsa tueatur, vereor ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi quam vota facienda videantur. Equidem eos casus, in quibus me fortuna 3 vehementer exercuit, mecum ipse considerans huic incipio sententiae diffidere interdum et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Vereor enim ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset iisque et morbos insanabilis et dolores intolerabilis adiunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentis et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et ex 4 nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo. Illa enim, si modo est ulla virtus, quam dubitationem avunculus tuus, Brute, sustulit, omnia, quae cadere in hominem possunt, subter se habet eaque despiciens casus contemnit hu-

gründung folgt erst unten mit der Frage: *quis est qui* cet. Der Gedankenzusammenhang ist demnach: Denn da die Hoffnung, die Bedingungen für das glückselige Leben ausfindig zu machen, eine Hoffnung, welche überhaupt den ersten Anstofs zu dem Studium der Philosophie gegeben hat, durch die Ermittelung der Tugend als des dazu führenden Weges in Erfüllung gegangen ist, so ist allerdings jener Satz: *virtutem — contentam*, weil er das letzte Ziel des philosoph. Studiums als erreicht bezeichnet, der inhaltsschwerste und herrlichste Satz dieser Wissenschaft. Hierbei denkt freilich Cic. nicht daran, dafs erst seit Sokrates sich die Philosophen mit dieser Frage beschäftigten.

1. *inventa — virtus*: der Begriff der Tugend zuerst aufgefunden und vollständig entwickelt. Etwas verschieden de or. I. 4, 13: *Athenas, in quibus summa dicendi vis et inventa est et perfecta.*

4. *subiecta sub varios — casus*, vgl. IV. 7, 16 u. 8, 19, wo jedoch das Verbum eine andere Bedeutung hat. Statt *sub* mit d. Acc. konnte auch der Dativ stehen, s. unten 10, 29.

5. *vereor ne = videantur*. Sinn: so fürchte ich, dafs wir die Glückseligkeit nicht durch unsere Tugend uns bereiten können, sondern zu Gebeten unsere Zuflucht nehmen müssen. Die Philosophie sollte aber den Menschen die Mittel an die Hand geben, um aus eigener Kraft glückselig werden zu können.

8. *exercuit = vexavit*. So II. 16, 38: *Hominem exercitum!* p. Arch. 11, 28: *Quid est, quod — tantis nos in laboribus exerceamus?*

12. *corporum doloribus congruentis* ‘die körperlichen Leiden mitempfindend’: Ähnlich 24, 69: *cum caeli motu congruere* ‘sich mitbewegen’.

16. *existimo = iudico*, woher *existimator*: der Kunstrichter.

17. *avunculus tuus*, M. Porcius Cato Uticensis (s. zu I. 30, 74), dessen Halbschwester Servilia des Brutus Mutter war. (Er war zugleich des Br. Schwiegervater.)

18. *subter se*. Die Präp. *subter*

viro' inquit 'ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate vivendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius eventis et errare coguntur, huic optime vivendi ratio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et oboediet praecepto illi veteri; neque enim laetabitur umquam nec maerebit nimis, quod semper in se ipse omnem spem reponet sui.' Ex hoc igitur Platonis quasi 37
quodam sancto augustoque fonte nostra omnis manabit oratio.
Unde igitur ordiri rectius possumus quam a communi pa- 13
rente natura? quae quicquid genuit, non modo animal, sed etiam quod ita ortum esset e terra, ut stirpibus suis niteretur, in suo quidque genere perfectum esse voluit. Itaque et arbores et vites et ea, quae sunt humiliora neque se tollere a terra altius possunt, alia semper virent, alia hieme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt, neque est ullum, quod non ita vigeat interiore quodam motu et suis in quoque seminibus inclusis, ut aut flores aut fruges fundat aut bacas, omniaque in omnibus, quantum in ipsis sit, nulla vi impediente perfecta sint. Facilius vero etiam in bestiis, quod iis sensus a natura est datus, 38

καὶ φρόνιμος· οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων καὶ διαφθειρομένων μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ· οὔτε γὰρ καίρων οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι.

1. *ex se ipso apta*: 'wem alles von ihm selbst abhängig ist', s. zu IV. 17, 38. *Aptus* in diesem Sinne in der Regel mit *ex*, s. 21, 62 u. 25, 70; doch ohne die Präp. 11, 40.

2. *nec suspensa* cet. Vgl. ad fam. V. 13, 1: *non aliunde pendere nec extrinsecus aut bene aut male vivendi suspensas habere rationes.* Ähnlich oben III. 17, 37: *Quae (virtus) si extrinsecus religata pendeat.*

6. *parebit et oboediet*: *ἓν διὰ δυοῖν*; *praecepto*, wie aus dem folgenden hervorgeht: *μηδὲν ἄγαν.*

8. *ipse*, s. zu IV. 17, 37.

10. *Unde — possumus*, um zu beweisen, *beatam vitam in una virtute positam esse.* Gedankengang: 'Alle Geschöpfe sind zur vollkommenen Entfaltung ihres eigentümlichen Wesens bestimmt, und glücklich ist, was naturgemäfs, d. i. in seiner Art vollkommen ist. Da nun das Naturgemäfse für den Menschen in der Ausbildung seiner Vernunft besteht und die Vollendung derselben Tugend genannt wird, so macht die Tugend den Menschen glücklich'. Vgl. aufserdem zu II. 18, 42: *Unde igitur ordiar?*

12. *quod — niteretur*: Umschreibung des im Lat. fehlenden Ausdrucks für unser: Pflanzenreich.

13. *et arbores — et ea* und nachher *alia — alia*, wie de or. n. I. 31, 87: *Quinque stellae, aliae propius a terris, aliae remotius, eadem spatia conficiunt.* Vgl. zu I. 10, 18: *Qui censent — alii — alii.*

18. *fruges fundat* 'reichlich hervorbringen', mehrmals bei Cicero; *baca* bedeutet bei ihm nur die Baumfrucht, vgl. I. 14, 31.

omniaque — sit — perfecta sint, ein durch Attraktion an das vorhergehende *fundat* herbeigeführtes Anakoluth, statt — *est — sunt.*

20. *etiam* gehört zu *facilius.*

vis ipsius naturae perspici potest. Namque alias bestias nantis aquarum incolas esse voluit, alias volucres caelo frui libero, serpentis quasdam, quasdam esse gradientis; earum ipsarum partim solivagas, partim congregatas, immanis alias, quasdam autem cicures, non nullas abditas terraque tectas. Atque earum quaeque suum tenens munus, cum in disparis animantis vitam transire non possit, manet in lege naturae. Et ut bestiis aliud alii praecipui a natura datum est, quod suum quaeque retinet nec discedit ab eo, sic homini multo quiddam praestantius; etsi praestantia debent ea dici, quae habent aliquam comparationem, humanus autem animus decerptus ex mente divina cum alio nullo
39 nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Hic igitur si est excultus, et si eius acies ita curata est, ut ne caecaretur erroribus, fit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus. Et, si omne beatum est, cui nihil deest et quod in suo genere expletum atque cumulatum est, idque virtutis est proprium, certe omnes virtutis compotes beati sunt. Et hoc quidem mihi cum Bruto convenit, id est cum Aristotele, Xeno-
40 crate, Speusippo, Polemone. Sed mihi videntur etiam beatissimi. Quid enim deest ad beate vivendum ei, qui confidit suis bonis? aut, qui diffidit, beatus esse qui potest? At diffidat necesse est,
14 qui bona dividit tripertito. Qui enim poterit aut corporis firmitate aut fortunae stabilitate confidere? Atqui nisi stabili et fixo et permanente bono beatus esse nemo potest. Quid ergo eius modi istorum est? ut mihi Laconis illud dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori, quod multas navis in

1. *vis ipsius naturae* 'die Tendenz der Natur', nämlich dafs jedes Geschöpf in seiner Art vollkommen sei.

6. *quaeque suum*, ungewöhnliche Wortstellung; *munus* 'Bestimmung'.

8. *quod — retinet nec discedit ab eo*, s. 3, 8 zu *eumque*.

9. *etsi*, s. zu I. 42, 99. (So auch *tametsi* p. Rosc. Am. 40, 118 und 43, 124.)

10. *habent comparationem*, wie IV. 36, 77: *dubitationem habere*.

11. *decerptus ex mente divina*, 'ein Ausflufs —'; so auch Cat. M. 21, 78: *quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus*. De div. I. 49, 110 stehen die Ausdrücke *haustus* und *libatus*. — Stoische Lehre, während Plato die menschliche Seele aus demselben Stoffe wie die Weltseele, aber in geringerer Reinheit, gebildet werden läfst.

13. *ut ne*, s. zu I. 32, 78.

14. *absoluta ratio*, vgl. IV. 15, 34: *recta ratio*.

quod est idem, zur Abwechselung *id est*.

16. *expletum atque cumulatum* 'vollkommen und ganz vollständig', d. h. 'absolut vollkommen'. Über Aristoteles s. zu I. 4, 7, die übrigen V. 10, 30.

19. *beatissimi* 'vollkommen glückselig'; denn die *virtutis compotes* sind nicht nur frei von jeglichem Übel 40—43, sondern sie besitzen auch das einzige Gut 43—51.

1. Philosopher of Athens, close friend of Plato. Senton embau[illegible]
[illegible]tonic philosopher of Athens. Nephew of Plato. Succ[illegible]
Plato as head of Academy.
[illegible]tonic Philosopher of Athens — Became pupil of Xenoc[illegible]
been profligate in youth. Head of Academy.

omnem oram maritimam dimisisset: *Non sane optabilis ista quidem*, inquit, *rudentibus apta fortuna.* An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata compleatur, si id possit amitti? Nihil enim interarescere, nihil exstingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. Nam qui timebit, ne quid ex iis deperdat, beatus esse non poterit. Volumus enim 41
eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, saeptum atque munitum, non ut parvo metu praeditus sit, sed ut nullo. Ut enim innocens is dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet, sic sine metu is habendus est, non qui parvo metu est, sed qui omnino metu vacat. Quae est enim alia fortitudo nisi animi adfectio cum in adeundo periculo et in labore ac dolore patiens, tum procul ab omni metu? Atque haec certe non ita se habe- 42
rent, nisi omne bonum in una honestate consisteret. Qui autem illam maxime optatam et expetitam securitatem — securitatem autem nunc appello vacuitatem aegritudinis, in qua vita beata posita est — habere quisquam potest, cui aut adsit aut adesse possit multitudo malorum? Qui autem poterit esse celsus et erectus et ea, quae homini accidere possunt, omnia parvo ducens, qualem sapientem esse volumus, nisi omnia sibi in se posita

1. *Non sane*, s. zu III. 10, 22.

2. *rudentibus apta*, ganz wörtlich: 'an Schiffstaue geknüpft'; mit dem bloſsen Ablativ noch de leg. I. 21, 56: *vita apta virtute.* Vgl. zu 12, 36.

An dubium est cet. Man beachte den Zirkel in den Gedanken. Der Redner appelliert öfters durch einen Schein der Argumentation mit *an* an das allgemeine Bewuſstsein von der Notwendigkeit oder Zulässigkeit seiner Behauptung und captiviert somit dasselbe.

3. *habendum in eo genere* 'zu den Dingen derjenigen Art zu rechnen —'.

compleatur, vgl. 16, 47: *sed his vitam beatam compleri negant.*

7. *atque munitum* ist nicht ein selbständiges Glied der Reihe, sondern schlieſst sich nur an *saeptum* an: daher die Konjunktion dabei. So Lael. 3, 12: *a patribus conscriptis, populo Romano, sociis et Latinis*; Orat. 11, 36: *horrida, inculta, abdita et opaca*, und öfter. Einen anderen Fall von *et* beim letzten Gliede s. zu IV. 7, 16.

8. *metu praeditus.* Ähnlich p. Flacco 3, 6: *levitate, egestate, perfidia, audacia*; de inv. I. 47, 88: *grandi vitio praeditus*; gewöhnlicher freilich von guten Dingen.

10. *sine metu*, adjektivisch wie I. 22, 51: *sine corpore.*

11. *Quae est enim* cet. enthält die Erläuterung des Vorhergehenden, indem bei *is habendus est* dem Schriftsteller bereits der Begriff des *fortis* vorschwebte.

13. *procul*, hier im Sinne eines Adjektivs (*liber*), wie *deinceps* de or. III. 47, 183: *a brevibus deinceps tribus*; häufig bei Liv.

Atque haec certe cet. Sinn: Es könnte ebenso wenig von einer furchtlosen als von Bekümmernis freien *fortitudo* die Rede sein, wenn nicht die *honestas* das einzige Gut wäre.

14. *autem* 'ferner'; ebenso Z. 18.

20. *sibi* vor *in se posita* ist zur Beschränkung des *omnia* (= *omnia*

censebit? An Lacedaemonii, Philippo minitante per litteras se omnia, quae conarentur, prohibiturum, quaesiverunt num se esset etiam mori prohibiturus; vir is, quem quaerimus, non multo facilius tali animo reperietur quam civitas universa? Quid? ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adiuncta, quae sit moderatrix omnium commotionum, quid potest ad beate vivendum deesse ei, quem fortitudo ab aegritudine et a metu vindicet, temperantia cum a libidine avocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat? Haec efficere virtutem ostenderem, nisi superioribus diebus essent explicata. 43 Atque cum perturbationes animi miseriam, sedationes autem vitam efficiant beatam, duplexque ratio perturbationis sit, cum aegritudo et metus in malis opinatis, in bonorum autem errore laetitia gestiens libidoque versetur, quae omnia cum consilio et ratione pugnant, his tu tam gravibus concitationibus tamque ipsis inter se dissentientibus atque distractis quem vacuum, solutum, liberum videris, hunc dubitabis beatum dicere? Atqui sapiens semper ita adfectus est; semper igitur sapiens beatus est.

Atque etiam omne bonum laetabile est; quod autem laetabile, id praedicandum et prae se ferendum; quod tale autem, id etiam gloriosum; si vero gloriosum, certe laudabile; quod laudabile autem, profecto etiam honestum; quod bonum igitur, id 44 honestum. At quae isti bona numerant, ne ipsi quidem honesta dicunt; solum igitur bonum quod honestum; ex quo efficitur honestate una vitam contineri beatam. Non sunt igitur ea bona dicenda nec habenda, quibus abundantem licet esse miserrimum. 45 An dubitas, quin praestans valetudine, viribus, forma, acerrimis

sua, alles, soweit es für ihn von Interesse ist) notwendig. Vgl. 10, 30.

1. *An Lacedaemonii* cet. Sinn: Dafs es solche Weisen giebt, ist nicht zu bezweifeln. Vgl. übrigens zu I. 14, 31: *Ergo arbores seret.* — Die Anekdote selbst wird auch anderwärts, doch etwas verschieden, erzählt, z. B. Val. Max. VI. 4, ext. 4.

6. Der Conj. *sit* bezeichnet den Grund des behaupteten Resultates, welches sich aus der Hinzufügung der *temperantia* zu der *fortitudo* ergiebt.

8. *insolenti alacritate*; dafür 15, 43: *laetitia gestiens.*

11. *perturbationes — perturbationis*, s. zu IV. 31, 65.

12. *aegritudo — versetur*, s. I. 49, 118 zu *horribilem — faustum.*

13. *in bonorum errore = in bonis opinatis*; s. III. 5, 11 zu *mediocritatem officiorum.*

23. *At*, wie III. 7, 14 u. 15. und unten 16, 48.

numerant 'für etwas halten', auch mit singular. Objekten nicht selten, z. B. p. Mur. 24, 49: *Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem.*

26. *abundantem*, s. I. 38, 91 zu *iudicantem.*

27. *An dubitas quin* —. Statt nachher mit *miser sit* zu schliefsen, wird der Satz der Deutlichkeit wegen mit *dubitabisne eum miserum dicere* von neuem aufgenommen.

integerrimisque sensibus, adde etiam, si libet, pernicitatem et velocitatem, da divitias, honores, imperia, opes, gloriam: si fuerit is, qui haec habet, iniustus, intemperans, timidus, hebeti ingenio atque nullo, dubitabisne eum miserum dicere? Qualia igitur ista bona sunt, quae qui habeat miserrimus esse possit? Videamus [ne], ut acervus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Quod sit ita est, ex bonis, quae sola honesta sunt, efficiendum est beatum; ea mixta ex dissimilibus si erunt, honestum ex iis effici nihil poterit, quo detracto quid poterit beatum intellegi? Etenim quicquid est, quod bonum sit, id expetendum est; quod autem expetendum, id certe adprobandum; quod vero adprobaris, id gratum acceptumque habendum; ergo etiam dignitas ei tribuenda est. Quod si ita est, laudabile sit necesse est; bonum igitur omne laudabile. Ex quo efficitur, ut, quod sit honestum, id sit solum bonum.

— Quod ni ita tenebimus, multa erunt, quae nobis bona dicenda sint; omitto divitias, quas cum quivis quamvis indignus habere possit, in bonis non numero; quod enim est bonum, id non quivis habere potest; omitto nobilitatem famamque populari stultorum improborumque consensu excitatam; haec, quae sunt minima, tamen bona dicantur necesse est, candiduli dentes, venusti oculi, color suavis et ea, quae Anticlea laudat Ulixi pedes abluens,

Lénitudo orátionis, móllitudo córporis.

3. *hebeti ingenio atque nullo.* Man beachte die Steigerung mit *atque*. So de leg. III. 14, 32: *pauci atque admodum pauci*; Orat. 16, 52: *rem difficilem atque omnium difficillimam*. Häufig steht dann *adeo* oder *etiam* dabei.

5. *Videamus ne* —, s. zu I. 34, 83.

8. *sola* gehört nicht zum Subjekt *quae*, sondern zum Prädikat; also: 'aus solchen Gütern, welche rein sittlicher Art sind'.

beatum, substant., zur Abwechselung für *beata vita*. So de fin. V. 28, 84: *virtutem, in qua sit ipsum etiam beatum*. Dafür hat Cicero später (de deor. n. I. 34, 95) *beatitas* und *beatitudo* neu gebildet. Vgl. zu II. 5, 13: *simili*.

9. *honestum* cet. Richtiger wäre der Schlufs: so wird doch die *beata vita* immer nur durch das *honestum* allein bewirkt werden. Mi *Etenim* beginnt darauf nicht eine Begründung des unmittelbar Vorhergehenden, sondern ein neuer Beweis, der aber doch nur eine Wiederholung von § 43: *Atque etiam* cet. ist. Vgl. zu III. 9, 20.

17. *quamvis*, vgl. IV. 26, 57: *quamvis fuse; indignus*, absolut, wie IV. 20, 46.

21. *minima* 'Dinge von sehr geringem Werte'.

candiduli dentes, das Deminutiv spöttisch: 'hübsch weifse Zähne'.

22. *Anticlea* war des Odysseus Mutter. Cicero hat sich versehen: er meinte die Euryclea, seine Amme.

24. *Lenitudo* cet., aus Pacuvius' *Niptra* (s. II. 21, 48). Vgl. Hom. Od. XIX. 380 sq.

Ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate quam in volgi opinione stultorumque turba quod dicatur aut gravius aut
47 grandius? — At enim eadem Stoici *praecipua* vel *producta* dicunt, quae bona isti. — Dicunt illi quidem, sed iis vitam beatam compleri negant; hi autem sine iis esse nullam putant aut, si sit beata, beatissimam certe negant. Nos autem volumus beatissimam, idque nobis Socratica illa conclusione confirmatur. Sic enim princeps ille philosophiae disserebat: qualis cuiusque animi adfectus esset, talem esse hominem, qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem; orationi autem facta simi-
48 lia, factis vitam. Adfectus autem animi in bono viro laudabilis, et vita igitur laudabilis boni viri, et honesta ergo, quoniam laudabilis; ex quibus bonorum beatam vitam esse concluditur. Etenim, pro deorum atque hominum fidem! parumne cognitum est superioribus nostris disputationibus, an delectationis et otii consumendi causa locuti sumus, sapientem ab omni concitatione animi, quam perturbationem voco, semper vacare, semper in animo eius esse placidissimam pacem? Vir igitur temperatus,

1. *quid erit* cet. Sinn: so hat der Weise vor dem Unweisen nichts voraus.

in — gravitate 'in dem sittlichen Ernst'.

2. *aut gravius aut grandius*, vgl. 1, 1. Zu der Paronomasie vgl. 21, 62: *salvus — sanus*.

3. *At enim* (wie *ἀλλὰ γάρ*): 'aber ja'. Durch *enim* bei *at* wird angedeutet, dafs der Einwand unter den vorliegenden Umständen natürlich sei. Vgl. IV. 26, 56.

praecipua. Alle Dinge aufser dem sittlich Guten und Schlechten nannten sie *ἀδιάφορα* (*media*, sittlich gleichgültige), unterschieden diese aber in *προηγμένα* (*praecipua*, *praeposita*, *producta*), naturgemäfse, und *ἀποπροηγμένα* (*remota*, *reiecta*, *reiectanea*), naturwidrige. Mehr darüber s. de fin. III. c. 15 extr. u. c. 16.

4. *quidem* gehört dem Sinne nach zu *dicunt*; *illi*, wie I. 3, 6: *ab optimis illis quidem virtus*.

5. *hi autem*, die Peripatetiker.

7. *Socratica*. Von Sokrates rührt nur der erste Teil der *conclusio* her, vgl. Plat. de rep. III. p. 400d: *Τί δὲ ὁ τρόπος τῆς λέξεως καὶ ὁ λόγος; οὐ τῷ τῆς ψυχῆς ἤθει ἕπεται; τῇ δὲ λέξει τἄλλα*. Beweisend wird sie erst durch den zweiten Teil, welchen Cic. oder seine griechische Quelle hinzugefügt hat: *Adfectus autem* cet.

11. *Adfectus autem* cet. Statt *autem* wäre *porro* oder *iam vero*, mit denen die neuen Obersätze gewöhnlich eingeführt werden, deutlicher gewesen; aber Cicero wollte diesen Satz damit noch als den Schlufs des Sokrates bezeichnen und von seiner eigenen Ausführung im folgenden unterscheiden. — Über *et* s. zu III. 13, 28.

13. *Etenim* (*καὶ γάρ*): Und mit Recht: denn es hat sich ja wohl hinlänglich gezeigt —'.

14. *pro — fidem*, eine bei Cic. mehrmals (z. B. Lael. 15, 52) vorkommende Reminiscenz aus Terenz (Andr. I. 5, 11 und öfter), häufiger *pro deum a. h. f.*, ist auch hier starker Ausdruck der Verwunderung.

constans, sine metu, sine aegritudine, sine alacritate ulla, sine libidine nonne beatus? At semper sapiens talis; semper igitur beatus. Iam vero qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quae agit quaeque sentit? refert autem omnia ad beate vivendum; beata igitur vita laudabilis; nec quicquam sine virtute laudabile; beata igitur vita virtute conficitur.

Atque hoc sic etiam concluditur: Nec in misera vita quic- 17
quam est praedicabile aut gloriandum nec in ea, quae nec mi- 49
sera sit nec beata. Et est in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum, ut Epaminondas:

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum,

ut Africanus:

A sole exoriente supra Maeotis paludes
Nemo est qui factis aequiperare queat.

Quod si est, beata vita glorianda et praedicanda et prae se fe- 50
renda est; nihil est enim aliud quod praedicandum et prae se ferendum sit. Quibus positis intellegis quid sequatur; et quidem, nisi ea vita beata est, quae est eadem honesta, sit aliud necesse est melius vita beata; quod erit enim honestum, certe fatebuntur esse melius. Ita erit beata vita melius aliquid, quo quid potest dici perversius? Quid? cum fatentur satis magnam vim esse in vitiis ad miseram vitam, nonne fatendum est eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? Contrariorum enim contraria

1. *alacritate* hier in malam partem (= ἡδονή bei den Stoikern), wofür im 4. Buche *laetitia gestiens*, — *exsultans*, — *nimia*, auch *laetitia* allein, oder *inanis* —, *insolens* —, *futilis alacritas* gebraucht waren.

3. *Iam vero* cet. Sinn: Da der Weise selbst um seiner Tugend willen stets glückselig ist, so mufs es auch sein Leben sein und die Glückseligkeit desselben also lediglich von der Tugend abhängen.

9. *Et* = *atqui*, s. zu III. 7, 15: *et sapientis, est — gloriandum* (und § 50: *beata vita glorianda est*); s. III. 7, 15 zu *ad munus fungendum*.

in aliqua vita 'in manchem Leben'.

11. *Consiliis* cet. Nach Pausan. IX. 15, 4 (der das Epigramm vollständig giebt: Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν).

12. *Africanus*, der Ältere. Das Distichon ist von Ennius und es gehörte dazu wahrscheinlich das von Seneca (epist. XVIII. 5) überlieferte: *Si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est, Mi soli caeli maxima porta patet.*

13. *supra* (jenseits) — *paludes*, auf die Frage 'wo?' Zusatz zu *a sole exoriente*. *Maeotis* für *Maeotidis*; vgl. de leg. agr. II. 19, 52: *Maeote*; das *s* wie I. 5, 10 in *Sisyphus*.

14. *aequiperare* (ein von Cicero selbst nicht gebrauchtes Wort), scil. *me*.

17. *et quidem* bezeichnet nicht selten = *atque* den Übergang zu einem weiter ausführenden oder erläuternden Moment, wie z. B. I. 34, 83; III. 21, 50; V. 32, 92 u. a.

23. *contrariorum*. Dafs aus Ent-

1 Theban General.
2 Cornelius Scipio who defeated Hannibal at
Lake in Perythia.

51 sunt consequentia. Quo loco quaero quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam [boni lancem] putet, ut terram et maria deprimat.

18 Quid ergo aut hunc prohibet aut etiam Xenocratem illum gravissimum philosophorum, exaggerantem tanto opere virtutem, extenuantem cetera et abicientem, in virtute non beatam modo vitam, sed etiam beatissimam ponere? quod quidem nisi
52 fit, virtutum interitus consequetur. Nam in quem cadit aegritudo, in eundem metum cadere necesse est; est enim metus futurae aegritudinis sollicita exspectatio; in quem autem metus, in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia; ergo ut idem vincatur interdum nec putet ad se praeceptum illud Atrei pertinere:

Proinde ita parent se in vita, ut vinci nesciant.

Hic autem vincetur, ut dixi, nec modo vincetur, sed etiam serviet; at nos virtutem semper liberam volumus, semper in-
53 victam; quae nisi sunt, sublata virtus est. Atque si in virtute satis est praesidii ad bene vivendum, satis est etiam ad beate; satis est enim certe in virtute, ut fortiter vivamus; si fortiter, etiam ut magno animo, et quidem ut nulla re umquam terreamur semperque simus invicti. Sequitur ut nihil paeniteat, nihil desit, nihil obstet; ergo omnia profluenter, absolute, prospere, igitur beate. Satis autem virtus ad fortiter vivendum potest;
54 satis ergo etiam ad beate. Etenim ut stultitia, etsi adepta est

gegengesetztem Entgegengesetztes folge, ist ein den Stoikern sehr geläufiger Beweis.

1. *quam vim habeat*, wie I. 22, 52: *hanc habet vim praeceptum Apollinis.* Cicero meint, Critolaus sollte doch lieber gleich die Tugend allein in der Glückseligkeit suchen.

libra illa Critolai. Critolaus, der Peripat., gehörte als Dritter zu der IV. 3, 5 erwähnten Gesandtschaft.

3. *propendere* 'sinken'. Vgl. 31, 86.

4. *ut terram et maria deprimat*, d. h. dafs sie durch ihr Gewicht das stärkste Gegengewicht überwältigt. So auch de fin. V. 30, 92: *Terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimet.*

5. *Xenocratem*, s. zu I. 10, 20. Er schrieb (nach Diog. L. IV. 12) *περὶ ἀρετῆς.*

6. *exaggerantem = extollentem*, wie III. 19, 45: *exaggeratis regiis opibus* und unten 30, 85.

12. *formido*, vgl. IV. 7, 16; *ergo*, suppl. *in eum etiam cadit.*

15. *Proinde*, regelmäfsig in einem Aufforderungssatze, hier zweisilbig zu lesen. — Der Vers ist wahrscheinlich aus Accius' 'Atreus'.

22. *Sequitur.* Ein Zusatz wie *hinc, inde* oder *ex quo* kommt bei *sequi* nie vor.

ut nihil paeniteat, wie 28, 81: *quod paenitere possit*; IV. 37, 79.

23. *omnia profluenter* cet., ergänze *se habebunt.*

absolute = perfecte, wie de fin. III. 7, 26: *absolute vivere.*

24. *igitur*, s. zu I. 6, 11.

quod concupivit, numquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est, quod adest, neque eam umquam sui paenitet.

Similemne putas C. Laelii unum consulatum fuisse et eum 19
quidem cum repulsa — si, cum sapiens et bonus vir, qualis ille fuit, suffragiis praeteritur, non populus a bono consule potius quam ille a bono populo repulsam fert —, sed tamen utrum malles te, si potestas esset, semel ut Laelium consulem an ut Cinnam quater? Non dubito tu quid responsurus sis; itaque video 55
cui committam. Non quemvis hoc idem interrogarem; responderet enim alius fortasse se non modo quattuor consulatus uni anteponere, sed unum diem Cinnae multorum et clarorum virorum totis aetatibus. Laelius, si digito quem attigisset, poenas dedisset; at Cinna collegae sui, consulis Cn. Octavii praecidi caput iussit, P. Crassi, L. Caesaris, nobilissimorum hominum, quorum

4. Es folgen bis Kap. 24 Beispiele, dafs das Laster unglücklich, die Tugend glücklich macht.

Similemne cet., ein Anakoluth. Der Satz sollte heifsen: *Similemne putas C. Laelii unum consulatum fuisse quattuor Cinnae consulatibus?* Wegen der Zwischensätze aber nimmt Cicero den Gedanken mit *sed tamen* cet. von neuem auf.

C. Laelius Sapiens, der Busenfreund des jüngeren Africanus, war im J. 140 Konsul mit Q. Servil. Cäpio.

5. *cum repulsa.* Für das vorhergehende Jahr hatte er sich vergeblich darum beworben.

7. *a bono consule*, s. d. krit. Anh.

8. *malles te consulem. Velle* und *malle* mit dopp. Accus., ohne den Inf. *esse*, auch 23, 66 u. de off. II. 22, 78: *qui se populares volunt.*

semel — quater, s. I. 49, 118 zu *horribilem — faustum.* So wieder § 55: *unum diem — totis aetatibus.*

Cinnam. L. Cornelius Cinna, 87 v. Chr. Konsul, in den damaligen blutigen Parteikämpfen als *popularis* von seinem Kollegen Cn. Octavius, der zu den Optimaten gehörte, aus Rom verdrängt, zog bald darauf im Bunde mit Marius als Sieger unter furchtbarem Morden und Plündern wieder ein, und usurpierte das Konsulat auch 86, 85 u. 84, wo er bei der bevorstehenden Rückkunft Sullas aus Asien von seinen Soldaten ermordet wurde.

9. *tu quid* cet. ‘was ein Mann wie du —’.

itaque — committam: ‘daher weifs ich auch, wem ich es anheim gebe, d. h. die Entscheidung überlasse’. Cicero zählt seinen jungen Freund zu der Partei der Optimaten, der er selbst angehörte.

14. *collegae sui.* Die Apposition als das Wichtigere hier vor den Eigennamen gestellt, wie 32, 90: *Scythes Anacharsis.*

consulis ist absichtlich hinzugefügt, um das Unwürdige der Handlung Cinnas noch mehr hervorzuheben; vgl. de or. I. 7, 24: *Cum vehementius inveheretur in causam principum consul Philippus.*

Cn. Octavius. Ein Reiterhauptmann schnitt ihm den Kopf ab und steckte ihn auf die Rednerbühne.

15. *P. Crassus*, der Vater des Triumvirs. Nach de orat. III. 3, wo von diesen Hinrichtungen ausführlicher die Rede ist, nahm er sich selbst das Leben.

L. Iulius Caesar Strabo, Konsul im J. 90, Bruder des nachher genannten C. Julius Caesar Strabo.

virtus fuerat domi militiaeque cognita, M. Antonii, omnium eloquentissimi, quos ego audierim, C. Caesaris, in quo mihi videtur specimen fuisse humanitatis, salis, suavitatis, leporis. Beatusne igitur qui hos interfecit? Mihi contra non solum eo videtur miser, quod ea fecit, sed etiam quod ita se gessit, ut ea facere ei liceret. Etsi peccare nemini licet; sed sermonis errore labimur; id enim
56 licere dicimus, quod cuique conceditur. Utrum tandem beatior C. Marius tum, cum Cimbricae victoriae gloriam cum collega Catulo communicavit, paene altero Laelio — nam hunc illi duco simillimum —, an cum civili bello victor iratus necessariis Catuli deprecantibus non semel respondit, sed saepe: '*Moriatur!*'? In quo beatior ille, qui huic nefariae voci paruit, quam is, qui tam scelerate imperavit. Nam cum accipere quam facere praestat iniuriam, tum morti iam ipsi adventanti paulum procedere obviam, quod fecit Catulus, quam quod Marius, talis viri interitu sex suos obruere consulatus et contaminare extremum tempus aetatis.

1. *M. Antonius*, s. zu II. 24, 57. Plutarch, Appian und Valer. Max. schreiben seinen Tod dem Marius, Vellejus beiden Siegern zu. Cicero aber mufste hier daran liegen, die ganze Schuld auf Cinna fallen zu lassen.

2. *quos ego audierim.* Der Konjunktiv, wie I. 16, 38: *quod litteris exstet.*

3. *specimen* 'Muster, Ideal'; vgl. I, 14, 32: *specimen naturae.* So wird in Pis. 39, 95 P. Rutilius geradezu ein *specimen innocentiae*, de deor. n. III. 32, 80 Q. Scävola *temperantiae prudentiaeque specimen* genannt.

salis. Dies Wort kommt auch im Sing. nicht selten in der Bedeutung von Witz vor.

5. *ut — liceret*, d. h. dafs niemand gegen den Schreckensmann sich aufzulehnen wagte.

6. *etsi*, hier partic. correct., wie I. 42, 99.

sermonis errore: 'durch einen falschen Sprachgebrauch'; vgl. 15, 43: *in bonorum errore.*

8. *cum — communicavit.* 101 v. Chr. schlug Marius, damals zum 5. Male Konsul, mit dem Prokonsul Q. Lutatius Catulus, der vor den Cimbern zurückgewichen war, vereinigt, dieselben auf den Raudischen Feldern (wahrscheinlich bei Vercellä) in entscheidender Schlacht.

10. *simillimum.* S. zu I. 15, 34: *sui similem.*

11. *deprecantibus*, abs.: um Gnade bitten; so unten *imperavit*: einen Befehl erteilen.

Moriatur! Nach Plut. Mar. 44 erstickte sich Catulus damals (87) durch Kohlendampf, nachdem Marius auch ihn zum Tode verurteilt hatte.

12. *paruit*: gehorchen mufste.

13. *accipere — iniuriam.* Plat. Gorg. p. 290: *Εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν.* — Nach Gell. XII. 9 sagte Metellus Numidicus: *Probi iniuriam facilius accipiunt quam alteri tradunt.*

15. *sex — consulatus*: 107 und 104—100 v. Chr.

16. *obruere* 'verdunkeln, ihren Ruhm vernichten'. So p. Deiot. 13, 37: *Ea quae umquam vetustas obruet aut quae tanta delebit oblivio?*

extremum tempus aetatis. Er starb schon im folgenden Jahre, während seines 7. Konsulats.

Duo de quadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dio- 20
nysius, cum quinque et viginti natus annos dominatum occu- 57
pavisset. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus praeditam servitute oppressam tenuit civitatem! Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptum accepimus, summam fuisse eius in victu temperantiam, in rebusque gerundis virum acrem et industrium, eundem tamen maleficum natura et iniustum. Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus videri necesse est miserrimum; ea enim ipsa, quae concupierat, ne tum quidem, cum omnia se posse censebat, consequebatur. Qui cum esset bonis paren- 58
tibus atque honesto loco natus, etsi id quidem alius alio modo tradidit, abundaretque et aequalium familiaritatibus et consuetudine propinquorum, haberet etiam more Graeciae quosdam adulescentis amore coniunctos, credebat eorum nemini, sed iis, quos ex familiis locupletium servos delegerat, quibus nomen servitutis ipse detraxerat, et quibusdam convenis et feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerem quodam modo ipse se incluserat. Quin etiam ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. Ita sordido ancillarique artificio regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris. Et tamen ab his ipsis, cum iam essent adultae, ferrum removit instituitque ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Cumque duas uxores haberet, Aristomachen, civem suam, Dori- 59

1. *Dionysius*, der Ältere, von 405—367 v. Chr.

3. *quibus autem* (auch) *opibus*, s. zu IV. 2, 5.

4. *de hoc homine — accepimus — eius*, s. IV. 22, 50 zu *de Africano*. — Zum Inhalt vgl. Nep. de regib. 2.

5. *accepimus*, s. zu IV. 1, 3.

8. *veritatem* 'das wahre Verhältnis'; vgl. p. Mur. 29, 60: *doctrina — paulo asperior et durior, quam aut veritas aut natura patitur.*

11. *alius alio modo.* Nach Helladius bei Photius soll er der Sohn eines Eseltreibers, nach Diod. Sic. er selbst Schreiber gewesen sein.

14. *credebat* ohne Objekt = *fidem habebat*, wie auch sonst bisweilen bei Cic., vgl. de leg. agr. II. 36, 100: *nulli populo romano pro me maiores mei spoponderunt, mihi creditum est*; ad Att. IV. 3, 5: *numquam enim cuiusquam invidi et perfidi consilio est usus nec inerti nobili crediturus*; ad fam. I. 7, 9.

15. *ex familiis* 'aus den Gesindestuben'.

nomen detraxerat. Er nannte sie (nach Diod. VI. 14) Neubürger, νεοπολῖται.

17. *corporis* 'seiner Person'.

20. *ut tonstriculae.* Weibliche Barbiere kommen auch sonst bisweilen vor, z. B. Plaut. Truc. II. 4, 51.

22. *ut — adurerent.* Dieselbe Nachricht: de off. II. 7, 25; Val. Max. IX. 1, ext. 3, und anderwärts.

24. *duas uxores*, nämlich zu gleicher Zeit. Im ganzen hat er (nach Nep. de reg. 2, 3) drei Frauen

dem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Et cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset eiusque fossae transitum ponticulo ligneo coniunxisset, eum ipsum, cum forem cubiculi clauserat, detorquebat. Idemque cum in communibus suggestis consistere non auderet, contionari ex turri alta solebat. Atque is cum pila ludere vellet — studiose enim id factitabat — tunicamque poneret, adulescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris iocans dixisset: '*Huic quidem certe vitam tuam committis*', adrisissetque adulescens, utrumque iussit interfici, alterum, quia viam demonstravisset interimendi sui, alterum, quia dictum id risu approbavisset. Atque eo facto sic doluit, nihil ut tulerit gravius in vita; quem enim vehementer amarat, occiderat. Sic distrahuntur in contrarias partis impotentium cupiditates; cum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.

21 61 Quamquam hic quidem tryannus ipse iudicavit quam esset beatus. Nam cum quidam ex eius adsentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum, negaretque umquam beatiorem quemquam fuisse: '*Visne igitur*, inquit, *o Damocle, quoniam te haec vita delectat, ipse eam degustare et fortunam experiri meam*?' Cum se ille cupere dixisset, conlo-

gehabt. Nach dem Selbstmorde der ersten, der Mutter des jüngeren Dionysius, heiratete er die hier genannten beiden an einem Tage (Val. Max. IX. 13, ext. 4).

civem suam, die Schwester des Dion.

1. *Locrensem*: aus Locri in Unteritalien.

2. *cubiculari lecto*. Es ist das Gebäude (der Pavillon), in welchem sein Bett stand, gemeint. Die Thür, welche er verschlofs, mufs sich auf der äufseren Seite des Grabens befunden haben, und es ist diese Einrichtung nicht unglaublicher als das, was über seine Töchter und über seine Gewohnheit, öffentlich zu reden, erzählt wird.

4. *coniunxisset — coniungendo effecisset*; vgl. II. 12, 29: *concludunt*.

7. *tunicamque poneret*, s. I. 11, 24 zu *posui librum*.

9. *Huic quidem certe*, wie oben 9, 24: *constanter quidem certe*, u. verschieden von I. 29, 70: *certe quidem in te est*.

14. *distrahuntur*: schlagen (in ihr Gegenteil) um; *impotentium*, wie 7, 17.

15. *obsecutus sis*: durch 'man' zu übersetzen; vgl. I. 36, 88.

16. *iudicavit* 'hat sein Urteil darüber zu erkennen gegeben'. Vgl. de off. III. 22, 86: *Quamquam id quidem* (sc. *nihil esse utile, quod honestum non esset*) *a Fabricio et a senatu nostro iudicatum est*.

17. *Damocles*. Vergl. Hor. Carm. III. 1, 17 sq.:

Destrictus ensis cui super impia
Cervice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborabunt saporem cet.

18. *copias, opes* 'Reichtum, Macht', durch die folgenden Glieder näher erläutert.

21. *degustare* 'zur Probe versuchen'.

cari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque compluris ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere eosque nutum illius intuentis diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronae; incendebantur 62 odores, mensae conquisitissimis epulis exstruebantur; fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari saeta equina aptum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores aspiciebat nec plenum artis argentum nec manum porrigebat in mensam, iam ipsae defluebant coronae; denique exoravit tyrannum ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius nihil esse ei beatum, cui semper aliqui terror impendeat? Atque ei ne integrum quidem erat ut ad iustitiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet; iis enim se adulescens improvida aetate inretierat erratis eaque commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse coepisset.

Quanto opere vero amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in Pythagoriis duobus illis, quorum 22 63

1. *hominem* für *eum*, s. zu I. 21, 49.

pulcherrimo textili stragulo. Die Adject. sind hier nicht durch das sonst nötige *et* verbunden, weil *textili stragulo* gleichsam einen Begriff bilden. Ebenso fehlt vor *picto* (*operibus*: mit Mustern) die Verbindungspartikel, weil dadurch das vorhergehende *pulcherrimo* begründet wird; s. zu III. 18, 39: *exsulantem*. — Dergleichen gestickte Teppiche hieſsen gewöhnlich phrygische; vgl. Verg. Aen. III. 483.

4. *intuentis*: gewärtig.

5. *ministrare*, wie nachher *ministratores*, ist der eigentl. Ausdruck für Tischbedienung. Vgl. I. 26, 65.

6. *odores*, s. zu III. 17, 43.

exstruebantur, nicht *instrueb.* 'reichlich besetzt'.

8. *aptum*, s. zu III. 17, 38: *expressam*.

9. *cervicibus*, bei Cicero Plurale tantum.

11. *defluebant* = *sensim delabebantur*. Vgl. I. 25, 62; Liv. II, 20: *moribundus* (*de equo*) *ad terram defluxit*.

12. *Satisne*, s. I. 27, 67 zu *potesne*.

13. *nihil esse ei beatum* 'daſs es für den kein Glück giebt —'. Vgl. 15, 45.

14. *ei ne integrum quidem erat* = *ne facere quidem poterat*, daher *ut*, wie p. Mur. 4, 8: *neque enim iam mihi licet neque est integrum, ut meum laborem — non impertiam*.

17. *salvus — sanus*, Paronomasie, wie 16, 64: *aut gravius aut grandius*.

19. *in Pythagoriis duobus*, Damon und Phintias. Ausführlicher: Aristoxenus b. Iamblich. vit. Pyth. § 253 (dessen Bericht zeigt, daſs Cic. irrtümlich dem älteren Dionysius dies Erlebnis zuschreibt), Cic. de off. III. 10, 45 und Val. M. IV. 7, ext. 1. — Schiller in der 'Bürgschaft' folgt in den Namen, gegen alle übrigen Zeugnisse, einer späteren Autorität, dem Hyginus, der sie fab. 257 Mörus und Selinuntius (statt Dionys aber Phalaris) nennt.

cum alterum vadem mortis accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam, ‘*Utinam ego*, inquit, *tertius vobis amicus adscriberer!*’ Quam huic erat miserum carere consuetudine amicorum, societate victus, sermone omnino familiari, homini praesertim docto a puero et artibus ingenuis erudito! Musicorum vero perstudiosum, poëtam etiam tragicum — quam bonum, nihil ad rem; in hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est; adhuc neminem cognovi poëtam (et mihi fuit cum Aquinio amicitia), qui sibi non optimus videretur; sic se res habet: te tua, me delectant mea —, sed ut ad Dionysium redeamus, omni cultu et victu humano carebat; vivebat cum fugitivis, cum facinerosis, cum barbaris; neminem, qui aut libertate dignus esset aut vellet omnino liber esse, sibi amicum arbitrabatur.

23 64 Non ego iam cum huius vita, qua taetrius, miserius, detestabilius excogitare nihil possum, Platonis aut Archytae vitam comparabo, doctorum hominum et plane sapientium; ex eadem urbe humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, qui multis annis post fuit, Archimedem. Cuius ego quaestor ignoratum

4. *miserum*, s. zu I. 5, 9; *societate victus* wie 2, 5: *soc. vitae.*

5. *docto* ‘sorgfältig gebildet’.

6. *Musicorum — perstudiosum* cet. Wieder ein infolge der Zwischensätze unvollendeter Satz, der etwa mit *tragicum accepimus* schliefsen sollte. — *Musicorum* ist das Neutrum, wie I. 24, 57: *si geometrica didicisset.*

poëtam etiam tragicum. Lucian. adv. Indoct. 15: *λέγεται γὰρ καὶ Διονύσιον τραγῳδίαν ποιεῖν φαύλως πάνυ καὶ γελοίως, ὥστε τὸν Φιλόξενον πολλάκις δὶ αὐτὴν ἐς τὰς λατομίας ἐμπεσεῖν, οὐ δυνάμενον κατέχειν τὸν γέλωτα.* Vgl. Diodor. XV. 6.

8. *nescio quo pacto*, s. zu I. 11, 24: *nescio quo modo.*

9. *neminem*, s. zu I. 41, 99; *et*, s. zu I. 38, 92: *et dubitas*; *cum Aquinio*, einem sehr schlechten Dichter, der auch von Catull. 14, 18 sprichwörtlich angeführt, bei Cic. übrigens anderwärts, selbst in den Briefen, nicht erwähnt wird.

10. *qui — videretur.* Arist. Eth. IX. 7: *ὑπεραγαπῶσιν οἱ ποιηταὶ τὰ οἰκεῖα πράγματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα.*

12. *cultu et victu humano*, etwa: edle und genufsreiche Einrichtung des menschlichen Lebens, vgl. 25, 72.

16. *Archytae*, s. zu IV. 36, 78.

18. *humilem homunculum*, im Hinblick auf des Archimedes niedrige Abkunft und dürftige Verhältnisse. Sil. Ital. XIV. 342:

Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,
Ingenio facile ante omnes telluris alumnos,
Nudus opum, sed cui caelum terraeque paterent.

a pulvere et radio ist ebenfalls von *excitabo* abhängig. *Radius* hiefs das Stäbchen, mit welchem die Mathematiker in dem Glasstaube (*pulvis*), womit sie den Tisch bestreut hatten, ihre Zeichnungen zu entwerfen pflegten. Daher de deor. n. II. 18, 48: *numquam eruditum illum pulverem attigistis* ‘ihr habt nie Mathematik getrieben’.

19. *ego quaestor*, 75 v. Chr. Übri-

ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi sepulcrum. Tenebam enim quosdam senariolos, quos in eius monumento esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulcro sphaeram esse positam cum cylindro. Ego autem, cum omnia conlustrarem 65 oculis — est enim ad portas Agragentinas magna frequentia sepulcrorum —, animum adverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphaerae figura et cylindri. Atque ego statim Syracusanis — erant autem principes mecum — dixi me illud ipsum arbitrari esse quod quaererem. Immissi cum falcibus multi purgarunt et aperuerunt locum. Quo cum patefactus esset 66 aditus, ad adversam basim accessimus. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis fere. Ita nobilissima Graeciae civitas, quondam vero etiam doctissima, sui civis unius acutissimi monumentum ignorasset, nisi ab homine Arpinati didicisset. Sed redeat unde aberravit oratio. Quis est omnium, qui modo cum Musis, id est cum humanitate et cum doctrina, habeat aliquod commercium, qui se non hunc mathematicum malit quam illum tyrannum? Si vitae modum actionemque quaerimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione sollertiae, qui est unus

gens hatte er seinen Posten nicht in Syracus selbst, sondern in Lilybäum beim Prätor Sex. Peducäus. Zu *cuius ego* vgl. I. 16, 36.

4. *sphaeram — cum cylindro.* Archimedes hat näml. das Verhältnis des Kubikinhaltes beider Körper zu einander zuerst gefunden. Vgl. auch I. 25, 63.

6. *Agragentinas*, von *Ἀκράγας* = *Agrigentum*, wohin das Thor führte.

7. *animum adverti*, auch III. 20, 48 getrennt.

9. *erant autem*, s. zu I. 2, 3: *duxerat autem.*

11. *multi*, weil die Säuberung des Platzes in kurzer Zeit nicht leicht war.

12. *ad adversam basim*: 'zur Vorderseite des Fufsgestells'.

13. *exesis:* verwittert.

14. *Graeciae*, für *magnae Graeciae*, wie p. Arch. 5, 10: *in Graecia homines — Reginos aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos.*

doctissima: hier hatte aufser anderen auch der Philosoph Empedokles gelebt.

15. *unius acutissimi.* Dieselbe Verstärkung des Superlativ gleich nachher wieder: *unus suavissimus pastus.* S. zu IV. 25, 55.

ab homine Arpinati, nicht ohne Genugthuung gesagt, da ihm seine Gegner die Herkunft aus der Provinzialstadt Arpinum nicht selten zum Vorwurf machten.

16. *aberr. oratio*, s. z. III. 33, 80.

17. *cum Musis* cet. So *agrestiores Musae = eloquentia* (Orat. 3, 12); *mansuetiores Musae = philosophia* (ad fam. I. 9, 23).

18. *qui — tyrannum.* Vgl. 19, 54: *malles te — consulem.*

19. *vitae modum actionemque* 'Lebens- und Beschäftigungsweise'.

20. *rationibus agitandis exquirendisque*: Überlegung und Auffindung von Berechnungen.

21. *oblect. sollertiae*: Freude an der erfinderischen Schaffungskraft, Gen. causae.

suavissimus pastus animorum, alterius in caede et iniuriis cum et diurno et nocturno metu. Age confer Democritum, Pythagoram, Anaxagoram; quae regna, quas opes studiis eorum et de-
67 lectationibus antepones? Etenim quae pars optima est in homine, in ea situm esse necesse est illud, quod quaeris, optimum. Quid est autem in homine sagaci ac bona mente melius? Eius bono fruendum est igitur, si beati esse volumus; bonum autem mentis est virtus; ergo hac beatam vitam contineri necesse est. Hinc omnia, quae pulchra, honesta, praeclara sunt, ut supra dixi, sed dicendum idem illud paulo uberius videtur, plena gaudiorum sunt. Ex perpetuis autem plenisque gaudiis cum perspicuum sit vitam beatam exsistere, sequitur, ut ea exsistat ex honestate.

24
68 Sed ne verbis solum attingamus ea, quae volumus ostendere, proponenda quaedam quasi moventia sunt, quae nos magis ad cognitionem intellegentiamque convertant. Sumatur enim nobis quidam praestans vir optimis artibus isque animo parumper et cogitatione fingatur. Primum ingenio eximio sit necesse est; tardis enim mentibus virtus non facile comitatur; deinde ad investigandam veritatem studio incitato. Ex quo triplex ille animi fetus exsistet, unus in cognitione rerum positus et in explicatione naturae, alter in discriptione expetendarum fugiendarumque rerum et in ratione vivendi, tertius in iudicando quid cuique rei sit consequens, quid repugnans, in quo inest

1. *in caede et iniuriis*, ein Zeugma (wie II. 24, 57 mit *missa*), da *alebatur* nicht mehr paſst. Man suppliere dafür *versabatur*. Die Präposition *in* brauchte nicht wiederholt zu werden, da beide Begriffe unter dem Gattungsbegr. 'Gewaltthätigkeit' zu subsumieren sind.

2. *Democritum*: I. 11, 22; *Pythagoram*: I. 10, 20; *Anaxagoram*: I. 43, 104.

4. *Etenim*, wie III. 9, 20.

7. *igitur* hier an 5. Stelle; an 4. steht es öfters, bes. hinter *ne — quidem* u. in Fragen.

12. *sequitur*, s. zu 18, 53

15. *quasi moventia* 'Triebfedern'. Durch *quasi* wird der ungewöhnl. Ausdr. entschuldigt, wie III. 20, 47.

17. *nobis*. Über diesen Dativ s. II. 1, 2 zu *mihi habita est*.

19. *comitatur*, von Cic. nur in übertragener Bedeutung (*adiunctum esse*) mit dem Dat. verbunden, aufser hier und unten 35, 100 noch de rep. II. 24, 44: *illi iniusto domino — prospere fortuna comitata est*.

20. *triplex — festus*. Sinn: Wer diese Tugenden besitzt, wird ein vollkommener Weiser werden, der alle Teile der Philosophie (Physik, Ethik, Dialektik) mit seinem Geiste umfaſst.

21. *unus — alter — tertius*, s. zu III. 20, 47.

22. *in discriptione* cet. = *in discr.* (Feststellung) *finium bonorum et malorum*: der theoretische Teil der Ethik; *in ratione vivendi*: die Pflichtenlehre oder der parānetische Teil.

omnis cum subtilitas disserendi tum veritas iudicandi. Quo tandem igitur gaudio adfici necesse est sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis, ut cum totius mundi motus conversionesque perspexerit sideraque viderit innumerabilia caelo inhaerentia cum eius ipsius motu congruere certis infixa sedibus, septem alia suos quaeque tenere cursus multum inter se aut altitudine aut humilitate distantia, quorum vagi motus rata tamen et certa sui cursus spatia definiant. Horum nimirum aspectus impulit illos veteres et admonuit ut plura quaererent. Inde est indagatio nata initiorum et tamquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta, quaeque cuiusque generis vel inanimi vel animantis vel muti vel loquentis origo, quae vita, qui interitus quaeque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio, unde terra et quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineantur, qua omnia delata gravitate medium mundi locum semper expetant, qui est idem infimus in rotundo. 69

Haec tractanti animo et noctis et dies cogitanti exsistit illa 25
a deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens adgnoscat 70
coniunctamque cum divina mente se sentiat, ex quo insatiabili

3. *habitantem*, wie III. 34, 83.

curis, wie das griech. *μελέτη*, nicht selten von wissenschaftl. Forschungen. Mit Inhalt und Ausdruck dieses Satzes vgl. p. Arch. 7, 16. — Im folgenden ist zunächst von den Genüssen die Rede, welche die Beschäftigung mit der Physik (Naturphilosophie) gewährt.

ut cum ‘zum Beispiel wenn’; *perspexerit* und *viderit* sind Fut. ex. mit Beziehung auf *adfici necesse est*, worin die Futurbedeutung (*adficietur*) liegt.

motus conversionesque. Vgl. I. 28, 68.

5. *cum — congruere* ‘teilnehmen an’; s. zu V. 1, 3.

6. *septem alia*, die fünf Planeten (s. I. 25, 63) nebst Sonne und Mond.

7. *rata* (*spatia*), eigentlich ‘berechnet’, daher ‘fest bestimmt’. So de deor. n. II. 20, 51: *motus* (*stellarum*) *constantes et rati*, u. öfter.

8. *spatia definiant*: die Bahnen genau verfolgen.

10. *initiorum*, dasselbe wie I, 10, 22: *principiorum.*

13. *vicissitudo atque mutatio*: wechselseitiger Übergang.

14. *quibus librata ponderibus.* Vgl. Ovid. Met. I. 13: *Tellus ponderibus librata suis.*

15. *sustineantur* ‘zurückgehalten werden’. Man beachte, dafs das Tempus des Konjunktivs vom Präteritum zum Präsens übergeht. Vgl. III. 19, 43: *cogitarent — excanduerit.*

qua gravitate hängt von *delata* (abwärts gezogen) ab. Zum Inhalt vgl. I. 17, 40.

16. *rotundo*, substantiviert (vgl. 15, 45: *beatum*) wie 35, 102: *in publico*; II. 2, 5: *ab humili*; dies geschieht namentlich mit lokalen Bezeichnungen.

17. Es werden nun § 70 u. 71 die Freuden, welche das Studium der Moralphilosophie gewährt, angedeutet.

Zu *illa — cognitio*, wovon *ut — sentiat* abhängt, vgl. I. 22, 52.

18. *ipsa se*, s. zu II. 4, 11: *ipse sibi.*

adgnoscat, s. zu I. 8, 15.

gaudio compleatur. Ipsa enim cogitatio de vi et natura deorum studium incendit illius aeternitatem imitandi neque se in brevitate vitae conlocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas et necessitate nexas videt, quibus ab aeterno tempore
71 fluentibus in aeternum ratio tamen mensque moderatur. Haec ille intuens atque suspiciens vel potius omnis partis orasque circumspiciens quanta rursus animi tranquillitate humana et citeriora considerat! Hinc illa cognitio virtutis exsistit, efflorescunt genera partesque virtutum, invenitur quid sit, quod natura spectet, extremum in bonis, quid in malis ultimum, quo referenda sint officia, quae degendae aetatis ratio diligenda. Quibus et talibus rebus exquisitis hoc vel maxime efficitur, quod hac disputatione agimus, ut virtus ad beate vivendum sit se ipsa con-
72 tenta. Sequitur tertia, quae per omnis partis sapientiae manat et funditur, quae rem definit, genera dispertit, sequentia adiungit, perfecta concludit, vera et falsa diiudicat, disserendi ratio et scientia. Ex qua cum summa utilitas exsistit ad res ponderandas, tum maxime ingenua delectatio et digna sapientia. Sed haec otii. Transeat idem iste sapiens ad rem publicam tuendam. Quid eo possit esse praestantius, cum [contineri] prudentia uti-

1. *compleatur*. Der Konjunktiv bezeichnet den Inhalt des Relativsatzes als Folge.

2. *illius*, näml. *mentis*.

in brevitate — conl. 'auf dies kurze Leben beschränkt'; vgl. zu 3, 9: *novitatem nominis*. Das Part. *conlocatam* ist auf *cogitatio* bezogen, weil nicht selten von der geistigen Eigenschaft oder Thätigkeit dasjenige prädiziert wird, was von der Person selbst gilt. Vgl. IV. 24, 54: *ista bellatrix iracundia, cum domum rediit* cet.

4. *quibus* geht auf *rerum*; *fluere* 'sich im Flufs, d. h. in steter Veränderung befinden'.

6. *suspiciens* mit Rücksicht auf die *sidera*, § 69.

7. *rursus*, s. I. 17, 40.

citeriora = terrestria. So de leg. III. 2, 4: *ut ad haec citeriora veniam*.

8. *efflorescunt*: treten glänzend hervor.

9. *genera partesque*, s. III. 11, 24.

quod — in bonis 'worauf die Tendenz der Natur, als auf das höchste Gut, gerichtet ist'.

10. *quid in malis ultimum*, erg. *sit*.

quo referenda cet. 'nach welchem Prinzip die Pflichten zu bestimmen sind'; vgl. 16, 48; 28, 81; 37, 108.

11. *diligenda*, s. z. I. 20, 45: *dilecti*.

12. *exquisitis = exploratis*.

14. *manat et funditur*, vgl. zu IV. 1, 2: *flueret*.

16. *perfecta concludit*: 'das Ergebnis in einer Schlufsform darthut'.

disserendi ratio et scientia: 'die Wissenschaft der dialektischen Methode'. Vgl. de orat. II. 38, 157: *artem se tradere bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi, quam verbo Graeco διαλεκτικήν appellaret*.

18. *digna sapientia = digna sapiente*.

19. *Transeat* cet. Dies ist auch stoische Ansicht, im Gegensatz zur Epikureischen.

litatem civium cernat, iustitia nihil in suam domum inde derivet, reliquis utatur tot tam variisque virtutibus? Adiunge fructum amicitiarum, in quo doctis positum est cum consilium omnis vitae consentiens et paene conspirans, tum summa iucunditas e cotidiano cultu atque victu. Quid haec tandem vita desiderat, quo sit beatior? cui refertae tot tantisque gaudiis fortuna ipsa cedat necesse est. Quod si gaudere talibus bonis animi, id est virtutibus, beatum est, omnesque sapientes his gaudiis perfruuntur, omnis eos beatos esse confiteri necesse est.

A. Etiamne in cruciatu atque tormentis? *M.* An tu me in viola putabas aut in rosa dicere? An Epicuro, qui tantum modo induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licebit, quod quidem, ut habet se res, me tamen plaudente dicit, nullum sapienti esse tempus, etiam si uratur, torqueatur, secetur, quin possit exclamare: '*Quam pro nihilo puto!*' cum praesertim omne malum dolore definiat, bonum voluptate, haec nostra honesta turpia inrideat dicatque nos in vocibus occupatos inanis sonos fundere neque quicquam ad nos pertinere, nisi 26 73

1. *in suam domum.* Die Präp. ist gesetzt, weil nicht die Heimat, sondern das Lokal bezeichnet wird, in welchem der Gegenstand verbleiben soll; vgl. de off. I. 39, 138: *Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit.*

2. *tam variisque. Que* erst an *variis* gehängt, weil *tam variis* einen Begriff giebt. Vgl. IV. 38, 83: *ea reque.*

fructum 'genufsreiche Unterhaltung'.

5. *cultu atque victu*: Comfort der Lebensgemeinschaft, vgl. 22, 63. Der ganze präpositionelle Zusatz vertritt ein Attribut, wie IV. 8, 18: *aegritudo ex eo.*

6. *fortuna ipsa cedat.* So Parad. V. 1, 34: *cui quidem (sapienti) etiam, quae vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit.*

8. *beatum* 'Glückseligkeit', wie 15, 45; vgl. I. 5, 9: *miserum.*

10. *in viola — aut in rosa*: 'wenn einer auf Rosen gebettet ist'. Hor. Carm. I. 5, 1: *Quis multa gracilis te puer in rosa — urget?* — Dafs man in Lust und Freude sich auch mit Rosenkränzen schmückte s. III. 18, 43, wo *rosa* ebenfalls kollektiv steht.

11. *An Epicuro* cet. Der Gegensatz hierzu sollte nachher sein: *iis, qui nihil expetendum, quod honestate careat, existimant, non licebit?* Da Cicero aber bei Epikurs Ansicht länger verweilt, so hebt er § 75 von neuem an: *Sed cum is dicat* cet.

13. *ut habet se res*: nach dem, wie die Sache nun einmal steht, d. h. da er eben das Richtige trifft, vgl. 28, 82: *quo modo nunc est; tamen,* weil die Inkonsequenz des Epikur eine Zustimmung Ciceros nicht erwarten läfst.

15. *cum praesertim,* vgl. III. 21, 51.

16. *dolore definiat* 'nach dem Schmerz bestimmt'; wie Lael. 16, 58: *definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus.*

17. *honesta turpia*, vgl. I. 26, 64: *supera infera,* und unten 39, 114: *bona mala, aequa iniqua* cet.

18. *inanis sonos fundere,* s. zu III. 18, 42; *occupatos* 'befangen'.

quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur: huic ergo, ut dixi, non multum differenti a iudicio ferarum oblivisci licebit sui et tum fortunam contemnere, cum sit omne et bonum eius et malum in potestate fortunae, tum dicere se beatum in summo cruciatu atque tormentis, cum constituerit non modo summum
74 malum esse dolorem, sed etiam solum? Nec vero illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem, firmitatem animi, turpitudinis verecundiam, exercitationem consuetudinemque patiendi, duritiam virilem, sed una se dicit recordatione adquiescere praeteritarum voluptatium, ut si quis aestuans, cum vim caloris non facile patiatur, recordari velit sese aliquando in Arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fuisse. Non enim video quo modo sedare possint mala praesentia praeteritae
75 voluptates. Sed cum is dicat semper beatum esse sapientem, cui dicere hoc, si sibi constare vellet, non liceret, quidnam faciendum est iis, qui nihil expetendum, nihil in bonis ducendum, quod honestate careat, existimant? Me quidem auctore etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire aliquando desinant aperteque et clara voce audeant dicere beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram.

27 Sint enim tria genera bonorum, ut iam a laqueis Stoicorum,
76

1. *leve — asperum* bez. sich auf die glatten und scharfen Atome, durch welche nach Epikur die angenehmen u. unangenehmen Empfindungen hervorgebracht werden.

huic — ferarum, abgekürzter Ausdruck für *huic, cuius iudicium non multum differt a iudicio ferarum.* Vgl. I. 1, 2: *illa — sunt conferenda.*

2. *oblivisci — sui* 'seine Behauptungen zu vergessen'.

9. *recordatione praeteritarum voluptatium.* Zum Inhalt vgl. III. 15, 33 u. V. 31, 88. Mit *voluptatium* vgl. *civitatium*, wie nach den besten Hdschr. de rep. II. 4, 8 u. ad fam. 10. 8, 6; 12. 13, 3 zu schreiben ist.

11. *Arpinati nostro*, sc. *fundo.* Arpinum lag im Gebirge, nahe an der Mündung des Fibrenus in den Liris.

12. *Non enim*, zu ergänzen ist vorher: 'was ihm aber nichts nützt', da das Vorhergehende ironisch gesagt ist, vgl. I. 6, 11: *Quis enim.*

13. *mala praesentia praeteritae voluptates.* Chiasmus, wie I. 49, 118: *horribilem — faustum.*

16. *iis, qui — existimant*: die Stoiker und viele von der neuern Akademie.

18. *balbutire* 'mit der Sprache nicht recht heraus wollen, sich unklar ausdrücken'. Die Peripat. und alten Akademiker wollten zwar die Glückseligkeit nur in der Tugend finden, meinten jedoch, dafs dieselbe durch die Verbindung der Tugend mit äufseren Gütern und mit denen des Körpers gesteigert werde.

aliquando, s. zu I. 1, 1.

19. *in Phalaridis taurum*, s. II. 7, 17. (In ähnl. Sinne 5, 13: *in eculeum coici*). Sinn: Sie mögen gestehen, dafs das Glück ausschliefslich von der Tugend abhängt und auch durch die gröfsten äufseren Leiden nicht beeinträchtigt werden kann.

21. *tria genera*, vgl. 8, 23.

laqueis 'Verfänglichkeiten' be-

quibus usum me pluribus, quam soleo, intellego, recedamus, sint sane illa genera bonorum, dum corporis et externa iaceant humi et tantum modo, quia sumenda sint, appellentur bona, alia autem illa divina longe lateque se pandant caelumque contingant; [ut] ea qui adeptus sit, cur eum beatum modo et non beatissimum etiam dixerim? Dolorem vero sapiens extimescet? Is enim huic maxime sententiae repugnat; nam contra mortem nostram atque nostrorum contraque aegritudinem et reliquas animi perturbationes satis esse videmur superiorum dierum disputationibus armati et parati; dolor esse videtur, acerrimus virtutis adversarius, is ardentis faces intentat, is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam se debilitaturum minatur. Huic 77
igitur succumbet virtus, huic beata sapientis et constantis viri vita cedet? Quam turpe, o di boni! Pueri Spartiatae non ingemescunt verberum dolore laniati. Adulescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantis pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, cum exanimarentur prius, quam victos se faterentur. Quae barbaria India vastior aut agrestior? in ea tamen gente primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore, cumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu aduruntur. Mulieres vero in India, cum est communis earum vir 78

zieht sich darauf, dafs die Stoiker die äufseren und körperlichen Güter zwar für keine Güter erklärten, diese Dinge jedoch als προηγμένα lobten; s. 16, 47 zu *praecipua*.

1. *soleo, intellego, recedamus.* Eine solche Einschaltung mehrerer Sätze in einander ist bei Cic. nicht unerhört, zumal wenn dieselben so kurz sind, dafs ihre Verba unmittelbar neben einander stehen können. Vgl. de or. I. 22, 100: *nostra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quae percontati erimus, explicaris, dimiserimus*; ebds. I. 30, 135; III. 36, 147.

3. *sumenda*, stoischer term. tech. Gegensatz: *reicienda*.

7. *huic — sententiae*, scil. *sapientem beatissimum esse*.

10. *virtutis adversarius*. Da *adversarius* durch Hinzufügung von *acerrimus* ein Subst. geworden ist, so ist der Gen. *virtutis* allein richtig. Vgl. de off. III. 22, 86: *gravem adversarium imperii*; de har. resp. 16, 34: *acerrimum adversarium Hermarchi*.

11. *ardentis faces intentat*. Vgl. II. 25, 61.

14. *Pueri Spartiatae*. Vgl. II. 14, 34; 20, 46.

15. *verberum dolore* 'durch schmerzende Schläge'; vgl. zu 3, 9.

16. *vidimus ipsi*, vgl. III. 22, 53.

17. *prius*, hier und § 78, wie I. 8, 16.

18. *barbaria* 'Barbarenland', öfter bei Cicero. Über die Beziehung von *in ea gente* vgl. zu IV. 21, 48: *in eis ipsis*.

19. *qui sapientes habentur*, γυμνοσοφισταί von den Griechen genannt, die Brahmanen. Vgl. Val. Max. III. 3, ext. 6.

20. *Caucasi*, s. zu II. 22, 52.

22. *Mulieres vero*, dem *primum ei* entsprechend; s. I. 13, 30 zu *pri-*

mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit — plures enim singulis solent esse nuptae —; quae est victrix, ea laeta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur, illa victa maesta discedit. Numquam naturam mos vinceret; est enim ea semper invicta; sed nos umbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus maloque more delenitum mollivimus. Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius subierint quam ibim aut aspidem aut faelem aut canem aut crocodilum violent, quorum etiam si imprudentes quippiam
79 fecerint, poenam nullam recusent. De hominibus loquor; quid? bestiae non frigus, non famem, non montivagos atque silvestris cursus lustrationesque patiuntur? non pro suo partu ita propugnant, ut volnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident? Omitto quae perferant quaeque patiantur ambitiosi honoris causa, laudis studiosi gloriae gratia, amore incensi
28 cupiditatis; plena vita exemplorum est.
80 Sed adhibeat oratio modum et redeat illuc, unde deflexit.

mum. Die erwähnte Sitte lebt, trotz der Bemühungen der englischen Behörden und Missionäre, auch jetzt noch fort.

4. *illa victa*, als ob im vorhergehenden nur von zwei Frauen die Rede wäre: ein Beweis von flüchtiger Abfassung.

5. *umbris*, s. II. 11, 27, zu *viam umbratilem.*

16. *infecimus*, bez. den Beginn des Verderbens (anstecken), *delenitum mollivimus* hingegen den fortgesetzten, das ganze Objekt umgestaltenden nachteiligen Einfluſs.

18. *quorum mentes*, Umschreibung für *qui*; wie 25, 70: *cogitatio* und ad fam. V. 5, 2: *meus in te animus quam singulari officio fuerit, senatus testis est*; Liv. XXXVIII. 50 ext.: *dicebantur ab eodem animo ingenioque* (= *ab eodem Scipione*), *a quo gesta erant.*

pravitatis erroribus 'Irrtümer, die aus ihrer Verschrobenheit hervorgehen'. So IV. 6, 14: *praesentis mali adfectio.* Zu *imbutae* vgl. III. 1, 2.

9. *ibim — violent.* Vgl. Herod. II. 65 sq.

11. *recusent*, der Konj. wie 25, 70: *compleatur*; *de hominibus loquor*; *quid* —, vgl. z. I. 15, 34.

12. *non — patiuntur?* mit Emphase und Dringlichkeit st. *nonne*, wie in Verr. IV. 22, 49: *Quid? Eupolemo Calactino — non idem fecit?*

montivagos, in der Prosa ein ἅπ. λεγ. Die Rede nimmt hier einen etwas rhetorischen Schwung.

14. *volnera excipiant*, im Gegensatz zu *accipere*: 'sich (freiwillig) aussetzen'. In diesem Sinne wird es oft mit *subire* und ähnlichen Verben verbunden; vgl. oben II. 5, 14 und ö.

15. *ambitiosi* hat engere Bedeutung als unser 'ehrgeizig' (dies ist *laudis studiosi*): 'die nach Ämtern u. Ehrenstellen (*honores*) Strebenden'.

17. *cupiditatis*, suppl. *gratia.*

18. *illuc, unde deflexit*, zu der Kap. 26 begonnenen Darlegung, daſs keine äufsere Gewalt die Glückseligkeit des Weisen zu vernichten im stande sei. Zum Ausdruck vgl. 23, 36: *Sed redeat . . oratio.*

Dabit, inquam, se in tormenta vita beata, nec iustitiam, temperantiam in primisque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam prosecuta, cum tortoris os viderit, consistet virtutibusque omnibus sine ullo animi terrore ad cruciatum profectis resistet extra foris, ut ante dixi, limenque carceris. Quid enim ea foedius, quid deformius sola relicta, a comitatu pulcherrimo segregata? quod tamen fieri nullo pacto potest; nec enim virtutes sine beata vita cohaerere possunt nec illa sine virtutibus. Itaque 81 eam tergiversari non sinent secumque rapient, ad quemcumque ipsae dolorem cruciatumque ducentur. Sapientis est enim proprium nihil, quod paenitere possit, facere, nihil invitum, splendide, constanter, graviter, honeste omnia, nihil ita exspectare quasi certo futurum, nihil cum acciderit admirari, ut inopinatum ac novum accidisse videatur, omnia ad suum arbitrium referre, suis stare iudiciis. Quo quid sit beatius, mihi certe in mentem venire non potest. Stoicorum quidem facilis conclusio 82 est, qui cum finem bonorum esse senserint congruere naturae cumque ea convenienter vivere, cum id sit in sapientis situm non officio solum, verum etiam potestate, sequatur necesse est, ut, cuius in potestate summum bonum, in eiusdem vita beata sit. Ita fit semper vita beata sapientis. Habes quae fortissime de beata vita dici putem et, quo modo nunc est, nisi quid tu melius attuleris, etiam verissime.

A. Melius equidem adferre nihil possum, sed a te impe- 29 trarim libenter ut, nisi molestum sit, quoniam te nulla vincula

1. *Dabit se*, vgl. zu I. 4, 7.

3. *consistet*, als Gegenteil von *prosecuta* 'stehen bleiben'; ebenso nachher *resistet*.

5. *ut ante dixi*: oben 5, 13.

8. *cohaerere*, wie III. 25, 61.

11. *quod* vor *paenitere* ist ebenso wie 18, 53 *nihil* der Acc.

invitum: da stets die Vernunft allein seine Entschlüsse bestimmt und er von jeglichem Affekt frei bleibt; *splendide — omnia*: der Chiasmus erhöht den Nachdruck.

13. *nihil — admirari*, vgl. III. 14, 30; *ut videatur*, wie II. 19, 45: *ut sciam*.

14. *ad arbitrium referre* 'sein *arb.* zum Gesetz für alles machen', s. zu 25, 71.

15. *stare iudiciis*, vgl. II. 26, 63; *beatius*, s. zu 25, 72.

17. *senserint* = *iudicaverint*, wie Acad. I. 6, 22: *omnis illa antiqua philosophia sensit in una virtute esse positam beatam vitam*; Tusc. disp. II. 3, 7 u. 8.

congruere naturae. Vgl. de fin. III. 9, 31: *convenienter congruenterque naturae vivere*.

21. *Habes*, wie I. 49, 119; III. 17, 38; IV. 14, 33.

fortissime 'in der eines *vir fortis* würdigsten Weise'.

22. *quo modo nunc est*, d. h. nach unseren bisherigen Betrachtungen.

24. *impetrarim libenter ut*. Darauf sollte nachher etwa *id me doceas, quem ad modum* etc. folgen. Dafür hebt Cicero der Deutlichkeit wegen von neuem an: *id velim audire*.

25. *nisi molestum sit* (u. § 88: *si*

impediunt ullius certae disciplinae libasque ex omnibus, quodcumque te maxime specie veritatis movet, — quod paulo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut sine retractatione libere dicere auderent sapientis esse semper beatissimos, id velim audire, quem ad modum his putes consentaneum esse id dicere. Multa enim a te contra istam sententiam dicta sunt
83 et Stoicorum ratione conclusa. *M.* Utamur igitur libertate, qua nobis solis in philosophia licet uti, quorum oratio nihil ipsa iudicat, sed habetur in omnis partis, ut ab aliis possit ipsa per se sine nullius auctoritate adiuncta iudicari. Et quoniam videris hoc velle, ut, quaecumque dissentientium philosophorum sententia sit de finibus, tamen virtus satis habeat ad vitam beatam praesidii, quod quidem Carneadem disputare solitum accepimus; sed is, ut contra Stoicos, quos studiosissime semper refellebat, et contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat, nos quidem illud cum pace agemus. Si enim Stoici finis bonorum recte posiverunt, confecta res est:
84 necesse est semper beatum esse sapientem. Sed quaeramus unam quamque reliquorum sententiam, si fieri potest, ut hoc praeclarum quasi decretum beatae vitae possit omnium sententiis et disciplinis convenire.

placet) ohne *tibi*; s. I. 11, 23 zu *si videtur*, und zum Inhalt IV. 4, 7.

1. *libasque.* Dies Verbum schliefst stets die Wahl des Besten ein, vgl. de inv. II. 2, 4: *ex variis ingeniis excellentissima quaeque libavimus*; de or. I. 35, 159.

2. *maxime specie veritatis movet*, vgl. 11, 33.

paulo ante: 26, 75.

3. *retractatio* ist nur in Verbindung mit *sine* üblich.

5. *his*: den Perip. u. Akadem.

6. *contra istam sententiam*: gegen ihren bisherigen Grundsatz, dafs der Weise zwar immer *beatus*, aber nicht immer *beatissimus* sei.

8. *nobis solis*, den Anhängern der neuen Akademie.

9. *in omnis partis*, d. h. welche alle ausgesprochenen Ansichten berücksichtigt.

10. *nullius — adiuncta* 'ohne dafs — in Betracht gezogen wird'.

hoc velle, ut — virtus satis habeat, Brachylogie für *ut a nobis demonstretur, virtutem — habere.* Vgl. IV. 21, 47: *ita definit, ut —.*

12. *de finibus*, sc. *bonorum et malorum*, wie 30, 84; vgl. 9, 26.

13. *Carneadem*, s. zu III. 22, 54.

14. *ut contra Stoicos* 'in einer seinem feindlichen Verhältnisse zu den St. entsprechenden Weise': s. I. 8, 15 zu *ut Siculi*; zur Sache vgl. IV. 24, 53.

15. *studiosissime* 'höchst leidenschaftlich'.

16. *nos quidem* cet. Als Nachsatz zu *quoniam videris* würde *id agemus* (*disputabimus*) genügt haben, aber mit Bezug auf den eingeschobenen Zwischengedanken ist *nos quidem* (im Gegensatz zu Carneades) und *cum pace* (im Gegensatz zu *studiosissime — exarserat*) hinzugefügt worden.

17. *posiverunt*: eine in der älteren Sprache gebräuchliche Form.

19. *ut* hängt nicht von *fieri* ab, sondern von *quaeramus*, wozu *si fieri potest* Nebensatz ist.

20. *decretum* war den Römern in

Sunt autem haec de finibus, ut opinor, retentae defensae- 30
que sententiae: primum simplices quattuor, nihil bonum nisi honestum, ut Stoici, nihil bonum nisi voluptatem, ut Epicurus, nihil bonum nisi vacuitatem doloris, ut Hieronymus, nihil bonum nisi naturae primis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Haec igitur simplicia, illa 85
mixta: tria genera bonorum, maxima animi, secunda corporis, externa tertia, ut Peripatetici, nec multo veteres Academici secus; voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit, indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adiunxit. Hae sunt sententiae, quae stabilitatis aliquid habeant; nam Aristonis, Pyrrhonis, Erilli non nullorumque aliorum evanuerunt. Hi quid possint obtinere, videamus omissis Stoicis, quorum satis videor defendisse sententiam. Et Peripateticorum quidem explicata causa est praeter Theophrastum, et si quī illum

der Bedeutung von *δόγμα* 'philosophischer Lehrsatz' neu; daher *quasi* davor. Acad. II. 9, 29: *quoniam id haberent Academici decretum (sententitis enim iam hoc me δόγμα dicere)* —. S. zu II. 4, 11.

1. *haec*, s. zu I. 11, 22.

de finibus. Zur Sache vgl. de fin. II. 6, 19; 11, 34—36; V. in.

4. *vacuitatem doloris*, Ersatz für das seltenere *indolentia*: unten § 85 u. III. 6, 12; *Hieronymus* aus Rhodus, um 300—260 v. Chr. Vgl. II. 6, 15.

5. *naturae primis bonis*, griech. *τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν*. Nach de fin. V. 7, 18 verstand Carneades darunter Leben, Gesundheit, Stärke, Schönheit, gesunden Verstand u. s. w., kurz alles, wonach die Selbstliebe und der Selbsterhaltungstrieb des Menschen von Anfang an verlangen. Über *aut — aut* s. zu I. § 1.

9. *Dinomachus et Callipho*, beide sonst wenig bekannt. De off. III. 33, 119 sagt Cic. von ihnen: *qui se dirempturos controversiam (Stoicorum et Epicureorum) putaverunt, si cum honestate voluptatem, tamquam cum homine pecudem, copulavissent.*

10. *indolentiam*, s. zu III. 6, 12.

Diodorus, Schüler des Critolaus, um 120 v. Chr.

12. *Aristonis, Pyrrhonis*, s. zu II. 6, 15. Nach Acad. II. 42, 130 und de leg. I. 21, 55 wich Aristo darin von Zeno ab, dafs er in den *ἀδιαφόροις* keinen Unterschied machte und sie alle als durchaus gleichgiltig betrachtete. — Pyrrho meinte, dafs der Weise die *ἀδιάφορα* gar nicht einmal wahrnehme, eine *ἀπάθεια* gegen sie habe.

Erilli. Er war aus Carthago, ebenfalls Zenos Schüler. De fin. V. 25, 73: *Erillus scientiam (ἐπιστήμην) summum bonum esse defendit nec rem ullam aliam per se expetendam.*

evanuerunt. De off. I. 2, 6: *Aristonis, Pyrrhonis, Erilli iam pridem explosa sententia est.* — In der christlichen Kirche traten später jene Ansichten, von einem neuen Prinzip durchdrungen, mit weit gröfserer Macht wieder hervor.

13. *obtinere*, s. zu I. 12, 26.

15. *explicata* ist Adjektiv: 'klar', wie p. Planc. 2, 5: *causa facilis atque explicata*; ad Att. IX. 7, 2: *(litterae tuae), quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius.*

praeter Theophrastum = praeter Theophrasti sententiam. Zur Sache vgl. 9, 24 und 25.

secuti imbecillius horrent dolorem et reformidant; reliquis quidem licet facere id, quod fere faciunt, ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent. Quam cum ad caelum extulerunt, quod facere eloquentes homines copiose solent, reliqua ex conlatione facile est conterere atque contemnere. Nec enim licet iis, qui laudem cum dolore petendam esse dicant, negare eos esse beatos, qui illam adepti sunt; quamquam enim sint in quibusdam malis, tamen hoc nomen beati longe et late patet.

31 86 Nam ut quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis calamitate semper vacat, sed si multo maiore ex parte exstat in utraque felicitas, sic vita non solum si undique referta bonis est, sed si multo maiore et graviore ex parte bona propendent, beata 87 recte dici potest. Sequetur igitur horum ratione vel ad supplicium beata vita virtutem cumque ea descendet in taurum Aristotele, Xenocrate, Speusippo, Polemone auctoribus, nec eam minis, blandimentis corrupta deseret. Eadem Calliphontis erit Diodorique sententia, quorum uterque honestatem sic complectitur, ut omnia, quae sine ea sint, longe retro ponenda censeat. Reliqui habere se videntur angustius, enatant tamen, Epicurus, Hieronymus, et si qui sunt, qui desertum illud Carneadeum curent defendere. Nemo est enim eorum, quin bonorum animum

2. *licet*, nach ihren Prinzipien.

3. *exaggerent*, wie 18, 51.

4. *ex conlatione* 'im Vergleich mit der Tugend = im Gegensatz zu ihr'.

5. *conterere*, gleichsam mit Füfsen treten, im Gegensatz zu *ad caelum efferre*.

6. *dicant*, nicht *dicunt*, weil in diesem Relativsatz der Grund für die Behauptung *non licet iis negare* enthalten ist, während der folgende Relativsatz mit *sunt* lediglich zur Umschreibung eines Begriffes dient.

7. *quamquam — sint*, 'möglicherweise, vielleicht'.

8. *longe et late patet*: 'findet eine weite Anwendung'.

13. *propendent* 'überwiegen'; denn *praeponderare* kommt bei Cic. noch nicht in intransitiver Bedeutung vor, wohl aber in aktiver; vgl. de off. III. 4, 18: *neque ea volunt praeponderari honestate*; oben 17, 51.

14. *horum*: nach dem System der Peripatetiker und Akadem.

15. *in taurum*, sc. *Phalaridis*. Vgl. 26, 75.

16. *Xenocrate, Speusippo, Polemone*. Diese drei sind von der alten Akademie. Vgl. 10, 30.

minis — corrupta, ein Zeugma, da *corrupta* nur zu *blandimentis* pafst (vgl. de fin. I. 10, 33: *qui blanditiis praesentium voluptatum deleniti atque corrupti* cet.), während zu *minis territa* ergänzt werden mufs. S. aufserdem zu III. 3, 6: *opibus, viribus*.

19. *retro ponenda = postponenda*.

20. *habere se angustius* 'sich mehr in Bedrängnis befinden'; *enatant = emergunt*: 'helfen sich heraus', sonst nicht tropisch gebraucht.

21. *desertum*, weil die Ansicht des Cic. über das höchste Gut (30, 84)

putet esse iudicem eumque condocefaciat, ut ea, quae bona malave videantur, possit contemnere. Nam quae tibi Epicuri videtur, eadem erit Hieronymi et Carneadis causa et hercule omnium reliquorum. Quis enim parum est contra mortem aut dolorem paratus? 88

Ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Quid? is tibi mortemne videtur aut dolorem timere? qui eum diem, quo moritur, beatum appellat, maximisque doloribus adfectus eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat, nec haec sic agit, ut ex tempore quasi effutire videatur. De morte enim ita sentit, ut dissoluto animante sensum exstinctum putet, quod autem sensu careat, nihil ad nos id iudicet pertinere. Item de dolore certa habet, quae sequatur, cuius magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levitate. Qui tandem isti grandiloqui contra haec duo, quae maxime angunt, melius se habent quam Epicurus? an ad cetera, quae mala putantur, non et Epicurus et reliqui philosophi satis parati videntur? Quis non paupertatem extimescit? neque tamen quisquam philosophorum. 89

Hic vero ipse quam parvo est contentus! Nemo de tenui victu plura dixit. Etenim quae res pecuniae cupiditatem adfe- 32

keiner der späteren Akad. aufnahm. Vgl. auch zu 5, 13 *desertas.*

1. *condocefaciat,* eig.: abrichtet.

4. *Quis enim,* näml. von diesen Philosophen.

6. *si placet,* s. I. 11, 23 zu *si videtur.*

voluptarium. Vgl. II. 7, 18.

8. *beatum appellat,* in dem Briefe an Hermarchus, den Cic. de fin. II. 30 übersetzt hat.

9. *inventorum,* ohne tadelnden Sinn = wissenschaftliche Entdekkungen. So de or. I. 18, 84: *nisi qui philosophorum inventa didicisset*; p. Mur. 29, 61.

memoria ist die blofse Erinnerung eines Früheren, insofern sie durch *mens et cogitatio* geschieht; *recordatio* die Vergegenwärtigung und Beherzigung des Vergangenen *cum animo et affectu.* — Zur Sache vgl. 26, 74.

10. *confutat,* eigentl. vom Beruhigen des aufwallenden Wassers. Vgl. de part. orat. 38, 134: *audaciam alicuius confutare.*

ex tempore, vgl. IV. 4, 8: *nisi forte temporis causa nobis adsentiebare.*

11. *ita sentit, ut — putet,* wie unten 33, 95: *sic praecipit, ut — putet.*

12. *nihil — pertinere*: dafs es uns gleichgiltig sein müsse; I. 11, 24.

14. *consolatur = lenit.* So finden sich bei Cic.: *dolorem, incommodum, desiderium, brevitatem vitae, egestatem consolari.*

15. *isti grandiloqui,* die Stoiker. Dieser auffällige Widerspruch Ciceros mit seinen früheren Urteilen ist jedenfalls aus seiner ganz unselbstständigen Benutzung der ihm vorliegenden griechischen Quelle (wahrscheinlich des Skeptikers Philon) zu erklären.

20. *de tenui victu,* näml. zu seinen Gunsten. Vgl. III. 20, 49.

runt, ut amori, ut ambitioni, ut cotidianis sumptibus copiae suppetant, cum procul ab his omnibus rebus absit, cur pecuniam
90 magno opere desideret vel potius cur curet omnino? An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere idem non poterunt? Illius epistula fertur his verbis: 5
'Anacharsis Hannoni salvtem. Mihi amictui est Scythicum tegimen, calciamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames; lacte, caseo, carne vescor. Qua re ut ad quietum me licet venias; munera autem ista, quibus es delectatus, vel civibus tuis vel dis immortalibus dona.' Omnes fere philosophi 10
omnium disciplinarum, nisi quos a recta ratione natura vitiosa
91 detorsisset, eodem hoc animo esse potuerunt. Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, '*Quam multa non desidero!*' inquit. Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis, 15
Athenis praesertim, maxima, abduxit legatos ad cenam in Academiam; iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet, '*Quid? vos hesterna*' inquit '*cenula non intellexistis me pecunia non egere?*' Quos cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari 20
92 regis liberalitatem videretur. At vero Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti ut diceret, si quid opus esset, '*Nunc qui-*

3. *An — potuit — non poterunt?* s. I. 14, 31 zu *Ergo arbores seret.*

Scythes Anacharsis, wie 19, 55 *collegae sui Octavii.* — Anacharsis, Bruder eines scythischen Königs zu Solons Zeit, kam aus Liebe zu griechischer Bildung selbst nach Griechenland. Der citierte Brief ist unzweifelhaft unecht.

4. *nostrates philosophi*: die Philosophen bei uns zu Lande, im Gegs. zu dem Barbaren Anacharsis, hier insbes. die Epikureer.

6. *Scythicum tegimen.* Iustin. II. 2: (*Scythae*) *pellibus ferinis aut murinis utuntur.*

8. *Qua re — venias*: 'Daher magst du immerhin zu mir kommen: du wirst in mir einen zufriedenen Mann finden'. Im Original: *ὡς οὖν ἄγοντός μου σχολήν, ὧν οἱ πλεῖστοι ἕνεκεν ἀσχολοῦνται, παραγένου πρὸς ἐμέ, εἴ τινά μου χρείαν ἕξεις.*

9. *quibus es delectatus*, im Griechischen *οἷς ἐντρυφᾶτε.*

14. *Xenocrates*, s. zu I. 10, 20.

16. *Athenis praesertim.* Athen war nach dem Kriege mit Philipp im Verhältnis zu den Kolonien in Kleinasien und Grofsgriechenland eine arme Stadt.

17. *tantum quod*, (= *ut id*) hier beschränkend, wie de leg. II. 3, 6: *tantum complectitur, quod satis sit modicae palaestrae, loci.*

19. *cenula*: bescheidenes Mahl; vgl. 23, 64: *homunculum.*

20. *tristiores* 'etwas verdriefslich'.

21. *liberius* 'ungenierter'; *ut Cynicus*, wie I. 8, 15: *ut Siculi.* Auch Plut. Alex. 14 erzählt diese Anekdote. Der König bemerkte dazu: *εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην.*

dem paululum' inquit '*a sole!*' Offecerat videlicet apricanti. Et hic quidem disputare solebat quanto regem Persarum vita fortunaque superaret; sibi nihil deesse, illi nihil satis umquam fore; se eius voluptates non desiderare, quibus numquam satiari ille posset, suas eum consequi nullo modo posse.

Vides, credo, ut Epicurus cupiditatum genera diviserit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen, partim esse naturalis et necessarias, partim naturalis et non necessarias, partim neutrum; necessarias satiari posse paene nihilo; divitias enim naturae esse parabilis; secundum autem genus cupiditatum nec ad potiendum difficile esse censet nec vero ad carendum; tertias, quod essent plane inanis neque necessitatem modo, sed ne naturam quidem attingerent, funditus eiciendas putavit. Hoc loco multa ab Epicureis disputantur, eaeque voluptates singillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt, quaerunt tamen copiam. Nam et obscenas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio, facilis, communis, in medio sitas esse dicunt, easque si natura requirat, non genere aut loco aut ordine, sed

1. *Offecerat*, wie de deor. n. II. 19, 49: *Ipsa umbra terrae soli officiens noctem efficit.*

6. *vides* 'du weifst'.

diviserit. Diog. L. X. 127: *τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι φυσικαί, αἱ δὲ κεναί, καὶ τῶν φυσικῶν αἱ μὲν ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ φυσικαὶ μόνον· τῶν δὲ ἀναγκαίων αἱ μὲν πρὸς εὐδαιμονίαν εἰσὶν ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἀοχλησίαν, αἱ δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ ζῆν.* Vgl. auch de fin. I. 13, 45 und II. 9, 26.

9. *nihilo*: durch ein Nichts, verschieden von *nulla re*: durch kein einzelnes Ding; vgl. II. 2, 5: *ad nihilum ventura.*

13. *attingerent*: zu schaffen haben mit —, angehen. Vgl. de leg. II. 5, 13: *multa pestifere sciscuntur in populis, quae non magis legis nomen attingunt, quam si latrones aliquas consessu suo sanxerint.* Zu *funditus eiciendas* vgl. I. 18, 42.

15. *quarum genera non contemnunt.* Der Gegensatz zu den vorhergehenden Worten: *funditus eiciendas putavit* nötigt an die beiden zuerst genannten Arten zu denken, von denen auch die zweite, wenn auch nicht als notwendig, so doch am Ende des § unter Umständen als wünschenswert bezeichnet wird. Dagegen streitet nicht, dafs Cic. im folgenden nur Beispiele der zweiten Art anführt: solche mufsten ihm näher liegen, wenn er die Behauptung *singillatim extenuantur* genauer erläutern wollte. Sinn: Die Epikureer setzen zwar diejenigen Genüsse, deren Arten sie nicht verwerfen, im einzelnen herab, aber suchen sich dieselben doch gelegentlich zu verschaffen. *Copiam* ist = *facultatem* (vgl. § 99). Übrigens ist (*e*) *aeque — extenuantur* ein Hexameter.

16. *et obscenas voluptates.* Der Gedanke *et obscenas voluptates et magnificentiam ac sumptus epularum extenuant* wird in seinem ersten Teile weiter ausgesponnen; daher beginnt 97 die Konstruktion von neuem.

multa — oratio. So de orat. II. 53, 214: *multa et varia et copiosa oratio.*

17. *facilis* 'leicht erreichbar'.

18. *genere*: Geschlecht (Familie); *locus* und *ordo*: Rang und Stand.

forma, aetate, figura metiendas putant, ab iisque abstinere minime esse difficile, si aut valetudo aut officium aut fama postulet, omninoque genus hoc voluptatum optabile esse, si non obsit, prodesse numquam. Totumque hoc de voluptate sic ille praecipit, ut voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque putet, eademque ratione dolorem ob id ipsum, quia dolor sit, semper esse fugiendum; itaque hac usurum compensatione sapientem, ut et voluptatem fugiat, si ea maiorem dolorem effectura sit, et dolorem suscipiat maiorem efficientem voluptatem, omniaque iucunda, quamquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen; quocirca corpus gaudere tam diu, dum praesentem sentiret voluptatem, animum et praesentem percipere pariter cum corpore et prospicere venientem nec praeteritam praeterfluere sinere; ita perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper, cum exspectatio speratarum voluptatum cum perceptarum memoria iungeretur.

34 97 Atque his similia ad victum etiam transferuntur, extenuaturque magnificentia et sumptus epularum, quod parvo cultu natura contenta sit. Etenim quis hoc non videt, desideriis omnia ista condiri? Darius in fuga cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit umquam se bibisse iucundius; numquam videlicet sitiens biberat. Nec esuriens Ptolomaeus ederat; cui cum peragranti Aegyptum comitibus non consecutis cibarius

3. *omninoque* cet. Diog. L. X. 118: *Συνουσία δὲ ὤνησε μὲν οὐδέποτε, ἀγαπητὸν δέ, εἰ μὴ καὶ ἔβλαψεν.*

4. *Totumque*, wie I. 34, 82.

11. *referri tamen.* Ebenso *tamen* am Ende des Satzes: I. 12, 27.

tam diu, dum wie in Cat. III. 7, 16: *tam diu, dum urbis moenibus continebatur*, und öfter.

12. *sentiret* nach *praecipit*: derselbe Wechsel der Tempora nach dem Präs., welches als historisches. anzusehen ist: III. 15, 32 nach *censet.*

14. *praeterfluere*: dem Gedächtnis entschwinden; *perpetuas et contextas*: eine ununterbrochene Reihe von *voluptates.*

16. *cum — memoria iungeretur*, nicht ohne die Präp., welche nur bei den Partic. *iunctus* und *coniunctus*, wie III. 5, 11, und bei *iungendus* fehlen darf; vgl. de or. III. 14, 55: *hoc est magis probitate iungenda summaque prudentia.*

17. *similia*: ähnliche Grundsätze.

20. *Darius*, wahrscheinlich *Codomanus.*

22. *Ptolomaeus* (wie nach den besten Hdschr. Ciceros überall zu lesen ist), wahrsch. Pt. I. Lagi filius.

23. *comitibus non consecutis.* Das Part. Perf. eines Dep. mit transitiver Bedeutung ist in der Konstr. der Abl. abs. äufserst selten; vgl. jedoch aufser dieser Stelle noch Liv. XXX. 25, 5: *Hasdrubale auso facinus*; Sall. Iug. 103, 7: *Sulla omnia pollicito*; Curt. V. 4, 34: *consecutis strenue hostibus.*

cibarius panis. Isid. Orig. XX. 2: *Panis cibarius est, qui ad cibum servis datur, nec delicatus.* Cels. II. 29: (*panis*) *cibarius vel hordeaceus.*

in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Socraten ferunt, cum usque ad vesperum contentius ambularet quaesitumque esset ex eo qua re id faceret, respondisse se, quo melius cenaret, opsonare ambulando famem. Quid? victum Lacedaemo- 98
niorum in philitiis nonne videmus? Ubi cum tyrannus cenavisset Dionysius, negavit se iure illo nigro, quod cenae caput erat, delectatum. Tum is, qui illa coxerat: 'Minime mirum; condimenta enim defuerunt'. 'Quae tandem?' inquit ille. 'Labor in venatu, sudor, cursus ad Eurotam, fames, sitis; his enim rebus Lacedaemoniorum epulae condiuntur'. Atque hoc non ex hominum more solum, sed etiam ex bestiis intellegi potest, quae, ut quicquid obiectum est, quod modo a natura non sit alienum, eo contentae non quaerunt amplius. Civitates quaedam universae more 99
doctae parsimonia delectantur, ut de Lacedaemoniis paulo ante diximus. Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam praeter nasturcium. Quamquam, si quaedam etiam suaviora natura desideret, quam multa ex terra arboribusque gignuntur cum copia facili tum suavitate praestanti! Adde siccitatem, quae consequitur hanc continentiam in victu, adde integritatem valetudinis; confer sudantis, ructantis, refertos epulis tamquam opimos boves: tum intelleges, qui voluptatem maxime sequantur, eos minime consequi, iucunditatem- 35
que victus esse in desiderio, non in satietate. Timotheum, cla- 100
rum hominem Athenis et principem civitatis, ferunt, cum cenavisset apud Platonem eoque convivio admodum delectatus esset

1. *Socraten* (wie I. 10, 21: *Pherecraten*); vgl. Athen. IV. p. 157: *Σωκράτης δὲ καὶ πολλάκις κατελαμβάνετο διαπεριπατῶν ἐσπέρας βαθείας πρὸ τῆς οἰκίας, καὶ πρὸς τοὺς πυνθανομένους· Τί τηνικάδε; ἔλεγεν ὄψον συνάγειν πρὸς τὸ δεῖπνον.*

4. *opsonare* (von ὀψωνέω) '(als) Zukost einkaufen'.

5. *in philitiis* = *in phiditiis*. Auch im Griech. *φιλίτια*, *φιδίτια* und *φειδίτια*. Vgl. Plut. Lyc. 12.

6. *Dionysius*, der ältere.

iure illo nigro, *ζωμῷ Λακωνικῷ*, *ζωμῷ μέλανι*. — *Caput* 'der Hauptteil', wie de or. I. 29, 132: *caput esse artis decere*.

9. *cursus ad Eur.* 'am Eurotas'.

11. *ut quicquid obiectum est*, für *ut aliquid obiectum est, quicquid est*; s. zu IV. 19, 44.

15. *a Xenophonte*: Cyrop. I. 2, 8. Vgl. de fin. II. 28, 92.

18. *copia facili*, Abl. qualit.: 'leicht anschaffbar'.

19. *Adde — tum intelleges*, s. I. 13, 30 zu *Tolle — sustuleris*.

siccitatem bezeichnet den gesunden Zustand des menschlichen Körpers im Gegensatz gegen Flüsse, Katarrh, Aufschwellung u. dgl. Vgl. Cat. M. 10, 34.

consequitur, s. zu I, 16, 36.

21. *tamquam opimos boves*. Die Alten waren bei Vergleichungen weniger wählerisch als wir.

23. *Timotheum*: Conons Sohn, Wiederhersteller der athenischen Seemacht.

24. *principem*, wie I. 15, 34.

vidissetque eum postridie, dixisse: ‘*Vestrae quidem cenae non solum in praesentia, sed etiam postero die iucundae sunt*’. Quid? quod ne mente quidem recte uti possumus multo cibo et potione completi? Est praeclara epistula Platonis ad Dionis propinquos, in qua scriptum est his fere verbis: ‘Quo cum venissem, vita illa beata, quae ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri nec umquam pernoctare solum, ceteraque, quae comitantur huic vitae, in qua sapiens nemo efficietur umquam, moderatus vero multo minus. Quae enim natura tam mirabiliter temperari po-
101 test?’ Quo modo igitur iucunda vita potest esse, a qua absit prudentia, absit moderatio? Ex quo Sardanapalli, opulentissimi Syriae regis, error adgnoscitur, qui incidi iussit in busto:

Haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido
Hausit; at illa iacent multa et praeclara relicta.

‘Quid aliud’ inquit Aristoteles ‘in bovis, non in regis, sepulcro

4. *epistula Platonis*, in Bezug auf Dions Ermordung (353 v. Chr.), der siebente von den pseudoplatonischen Briefen (p. 324 sqq. St.), übrigens der Bezeichnung *praeclara* durchaus würdig. — Zu *epistula* u. *litterae* werden die Präpositionen *ad* und *a* in der Regel ohne Verbindung durch eine Verbalform gesetzt. Vgl. I. 22, 51 zu *sine*.

5. *Quo cum venissem.* Es ist von Platos 1. Reise nach Sicilien (389 zum ältern Dionys) die Rede. Die citierten Worte: p. 236 b. St.

6. *Italicarum Syracusiarumque mensarum*, die in Griechenland sprichwörtlich waren, wie es die sybaritischen noch bei uns sind. Aristoph. bei Athen. XII. 6: *Συρακοσίων τράπεζαν Συβαριτιδάς τ' εὐωχίας.* — Die Form *Syracusius* ist wie *Syracosius* dem Griech. nachgebildet; jene findet sich noch de or. II. 13, 57, diese ebds. III. 34, 139 und de off. I. 44, 155.

8. *comitantur huic vitae* (Plato: *ξυνέπεται τῷ βίῳ*), s. zu 24, 68.

10. *tam mirabiliter*, nämlich, daſs bei einer solchen Lebensweise jemand ein *homo sapiens* oder *moderatus* werden könnte.

temperari ‘eingerichtet, organisiert werden’. Vgl. I. 10, 21: *temperatione.*

13. *Syriae* für *Assyriae*, bei Griechen und Römern nicht selten. Herod. VII. 63: *οὗτοι δὲ (οἱ Ἀσσύριοι) ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν.* So Strabo XVI. 1 wiederholentlich; Cic. de fin. II. 32, 106 (von demselben Gegenstande wie hier); Suet. Caes. 22.

14. *Haec habeo* cet. Strabo XIV. 5, p. 226 T., giebt die griech. Nachbildung jenes Epigramms, von der Cicero hier 2 Verse übersetzt hat, vollständig so:

Εὖ εἰδώς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὔ τις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Κεῖν' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

Des Aristoteles tadelnde Äufserungen (vgl. de fin. II. 32, 106) darüber sind uns direkt nicht erhalten. Treffend aber ist die Sentenz, welche

inscriberes? Haec habere se mortuum dicit, quae ne vivus quidem diutius habebat, quam fruebatur.'

Cur igitur divitiae desiderentur, aut ubi paupertas beatos 102
esse non sinit? Signis, credo, et tabulis studes. Si quis est, qui his delectetur, nonne melius tenues homines fruuntur quam illi, qui iis abundant? est enim earum rerum omnium in nostra urbe summa in publico copia. Quae qui privatim habent, nec tam multa et raro vident, cum in sua rura venerunt; quos tamen pungit aliquid, cum illa unde habeant recordantur. Dies deficiat, si velim paupertatis causam defendere; aperta enim res est, et cotidie nos ipsa natura admonet quam paucis, quam parvis rebus egeat, quam vilibus.

Num igitur ignobilitas aut humilitas aut etiam popularis 36
offensio sapientem beatum esse prohibebit? Vide, ne plus com- 103
mendatio in volgus et haec, quae expetitur, gloria molestiae habeat quam voluptatis. Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insusurrantisque alteri: 'Hic est ille Demosthenes!' Quid hoc levius? At quantus orator! Sed apud alios loqui videlicet dicerat, non multum ipse secum. Intellegendum est igitur nec 104

Krates nach Plutarch *de sui laude* VIII. p. 157 dieser Grabschrift des Sardanapal entgegengesetzt hat:

Ταῦτ' ἔχω, ὅσα' ἔμαθον καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν Σέμν' ἐδάην.

1. *inscriberes*, wie *crederes*, *diceres* u. ä.

3. *ubi* = *qua in re*, wie unten 41, 121.

4. *tabulis* = *tabulis pictis*.

7. *in publico*, s. zu 24, 69: *in rotundo*.

8. *venerunt*, s. zu I. 11, 24: *posui*.

9. *pungit aliquid*. Die meisten Kunstschätze der vornehmen Römer waren ursprünglich aus griechischen Städten und Tempeln gewaltsam oder heimlich entführt. Vgl. in Verr. lib. IV.

Dies deficiat cet. So de deor. n. III. 32, 81: *Dies deficiat, si velim numerare quibus bonis male evenerit, quibus improbis optime*, und öfter.

13. *popularis offensio* = 106: *offensa populi voluntas* 'Unbeliebtheit beim Volke', Gegensatz von *gratia* (*aura*) *popularis*, *commendatio in volgus* 'Popularität'.

14. *Vide, ne* —, s. zu I. 34, 83.

15. *haec — gloria* weist auf das, was täglich unter den Augen der beiden Sprechenden vorgeht, hin.

16. *Leviculus* 'etwas eitel' ist ἅπ. λεγ. Über *sane* s. IV. 21, 48.

Demosthenes. Auch Ael. IX. 17 erzählt diesen Zug von D. und findet *κουφότης* darin. Anders Plin. epist. IX. 23: *Demosthenes iure laetatus est, quod illum anus Attica ita noscitavit*: *Οὗτός ἐστι Δημοσθένης.* — Cic. nennt ihn *noster* als seinen Berufsgenossen.

17. *mulierculae*, geringschätzig, wie 32, 91: *cenula*.

19. *videlicet* 'freilich' in spottendem Tone.

20. *non multum ipse secum*. Ein unbedachtes Wort von Cicero. Wie hoch er übrigens den Dem. stellte, sieht man aus Orat. 7, 23: *Sed ego — recordor longe omnibus unum*

gloriam popularem ipsam per sese expetendam nec ignobilitatem extimescendam. ‘*Veni Athenas*’ inquit Democritus ‘*neque me quisquam ibi adgnovit.*’ Constantem hominem et gravem, qui glorietur a gloria se afuisse! An tibicines iique, qui fidibus utuntur, suo, non multitudinis arbitrio cantus numerosque moderantur, vir sapiens, multo arte maiore praeditus, non quid verissimum sit, sed quid velit volgus, exquiret? An quicquam stultius quam, quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos? Ille vero nostras ambitiones levitatesque contemnet honoresque populi etiam ultro delatos repudiabit; nos autem eos nescimus, ante quam paenitere coepit, 105 contemnere. Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro; universos ait Ephesios esse morte multandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: *Nemo de nobis unus excellat; sin quis extiterit, alio in loco et apud alios*

anteferre Demosthenem, eumque unum accommodare ad eam, quam sentiam, eloquentiam, non ad eam, quam in aliquo ipse cognoverim.

2. *Democritus* (s. zu I. 11, 22). Diog. L. IX. 26: ἦλθον γὰρ — εἰς Ἀθήνας, καὶ οὔτις με ἔγνωκεν. Val. M. VIII. 7, ext. 4: (*Democritus*) *Athenis compluribus annis moratus — ignotus illi urbi vixit, quod ipse in quodam volumine testatur.*

3. *Adgnovit*: erkannte mich als den, der ich war, d. h. ‘lernte mich kennen’, da er selbst alle Bekanntschaften mied. Vgl. zu I. 8, 15.

Constantem hominem cet., ironisch, wie der bloße Acc. im Ausruf gewöhnlich.

4. *gloria*, wie II. 20, 46.

An tibicines cet., s. I. 14, 31 zu *Ergo arbores seret.*

6. *multo arte maiore.* Was wird durch diese Wortstellung bewirkt? Vgl. Cat. M. 15, 53: *fit multo terra fecundior*; ad Att. VII. 16, 2: *Cnaeus noster multo animi plus habet*; oben 30, 85: *multo — secus.*

7. *An quicquam stultius* cet. Ähnliche Äußerungen von Sokrates erwähnen Xen. Memor. III. 8, 6 u. Diog. L. II. 34.

8. *singulos — universos*, s. I. 49, 118 zu *horribilem — faustum.*

aliquid — esse, s. zu I. 20, 45.

